quibus modo dulciter delectaris. Co
gita q̄ꝑ amarum erit tibi tunc a delec
tacōibus ſepari et quantū dolebis
q̄ꝑ viuens nō fuiſti cōcupiſcencijs mor
tuus Deinde cogita et forma in te ta
lem affectum vt ſi anima tua ſtatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

deberet exire quam libentēr omnē de
lectacōnem relinqueris ꝙ̄ gratanter
omnē laborem et penitenciam arripe
res et ſi vitā poſſes obtinere. Cogita
deinde in illa hora quaz breue videbit̄
tibi omne tempus vite tue et delecta
tionū tuarum Tunc videbis totū tem
pus tuum tranſiiſſe quaſi ſompnū vel
ſicut vmbram. maxime cum ꝑpendis
inſtare eternitatem q̄ nunq̄ꝫ finietur
Deinde cogita quantus tibi erit do
lor. ꝙ ꝓ tam minima delectacōne bre
uiſſimi temporis amiſiſti delicias leticı
am et gloriam ſempiternam. Cogita
eciā ꝙ omnes iſte delectationes nihil
tibi tunc amplius conferent ꝙ̄ ꝙ ama
ram mortē facient amariorem Tanto
em̄ difficilius hinc ſeparaberis quāto
pluribus rebus inordinatis cōcupiſcē
cijs fueris alligatus. Vnde ſapiens.
O mors quā amara eſt memoria tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

homini ſaño et pacem habenti in ſub
ſtancia ſua. Cum autez talem affectū
in te formatum et cordi tuo impreſſū
ſenſeris tunc ꝓcede vlterius cogitās
ꝙ illa hora certiſſime veniet et eſt tibi
ineuitabilis. Omnes eñ homines mo
riuntur et mille generacōnes a princi
pio ſeculi preterierunt ita et tu ſeq̄ris.
Deinde cogita ꝙ illam horam determi
nate preſcire nō poteris ſed im ꝓuiſe
veniet. forte hoc āno. forte hoc menſe
forte hac ſeptimana. quia ſicut fur ita
in nocte veniet quādo nihil de hoc co
gitabis ſed multa te acturum cogita
bas. Non nunquā eciam vt eo plus
timor concupiſcencias tuas excruciet
et expurget reuolue ordinem quo ad
mortem deuenies. Siquidē mortem
ut cōmuniter precedit infirmitas gra
uiſſima. Cogita quanta hec erit infir
mitas quam grauis debilitas quando

coꝛ tuum pꝛe nimio doloꝛe rumpetur
Cogita quō tunc erit coꝛ tuū depreſ
ſum acſi totum mundū ſuper ſe conti
neret · tum ꝓpter infirmitatis magni
tudinē · tum ꝓpter naturalis inclinati
onis eſſe ſuum appetentis mirabilem
hoꝛroꝛem · tum ꝓpter timoꝛem de pec
catis et de futuro iudicio et ſic tandē
ſequitur moꝛs · Itē aliquando ꝓpone
oculis tuis imaginē alicuius hoīs moꝛi
entis et diligenter reſpice foꝛmā mo
dum et oꝛdinem quibus ad moꝛtem
deuenit Rigreſcit totum coꝛpus · oīa
membꝛa rigeſcūt oculi verſantur ꝛc̄
Deinde cogita qualiter demones ad
uenient exſpectantes ſicut rugientes
pꝛepati ad eſcam ſi quid de ſuo in aīa
potuerint inuenire · et q̄liter immūdi
ſpiritus anime egredienti obuiabūt
querētes in ea opera ſua vt ſecum eā
trahant ad inferni pꝛofunda · Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

cogita qualiter aīa de corpore egreſſa
ſtatim ante tribunal iudicis ſtatuitur
iam tunc ſententiā recepturā q̄ ex hoc
tunc vſqꝫ in ſecula non mutabitur ·
Deinde ſequere funus ad ſepulturam
et vide quomō caro miſera ꝓpter quā
tantoꝑe queſiuit delectationes terre
traditur et vermibus eſca paratur et
traditur ꝑpetue obliuioni · Ex iſtis et
ſimilibus bene conſiderabis ꝙ gaudiū
et delectatio mundi ſit inſtar puncti ·
tranſit ſicut vmbra et ꝙ homo ſit hic
velut hoſpes noctis vnius · Ecōtrario
non nunꝙ̄ debes tibi affectum aſſumē
iuſti viri morientis et ad mortē bene
diſpoſiti. cogitando ꝙ̄ letus talis exit
qui prius penituit et ſe a delectationi
bus purgauit et nihil hic viciose dilex
it ⁊ ſic de ſingulis ·

Generales meditationes de extre
mo iudicio quib9 homo poterit ſibi in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

cũterẽ timorem. Capl. xx.

DEinde oculum mentalem verte
ad extremũ iudicium vt ex eius
memoria amariſſĩma amareſcant om
nia dulcia. Cogita igitur quantus ti
mor quantus clamor quantaqꝫ fiet ā
miracio cum tuba archangelica ſonue
rit. cum fulgura terribiliter ſplendeſ
cẽt. tonitrua mugient. cum ad terrẽ
dum peccatores ſol obſcurabitur et
luna non dabit lumen ſuum. Cogita
quid cordis tunc habebit peccator.
Cogita qualiter tũc vniuerſi mortuiᵃ
reſurgent tractantes vnuſquiſqꝫ ſecũ
quid boni egit vel mali. et boni quidẽ
cum ineffabili leticia exſpectabunt iu
dicem. Iniuſti autẽ indicibili terrore
timebunt de aduẽtu et facie iudicis
dicentes Montes cadite ſuper nos et
operite nos a facie iudicis. tempus
enim abijt et receſſit. non eſt quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

eant et emãt oleum m̃eritorum·
Egredere deinde et ſpeculando oc
curre et vide iudicem veniẽtem cum
poteſtate magna cum ſenioribus po
puli · comitantibus angelis vniuerſis
et ſanctis · Deinde reuolue amarum
illud diuorcium cum ſeparãtur oues
ab edis · Et nunc quidem ſunt duo in
domo vna in mola vna. ſed tunc vnꝰ
aſſumetur et vnus relinquetur nunq̄
ãmodo coniungendi · Transforma in
te affectum eorum qui a ſiniſtris ſunt
quibus dicet̃ Ite maledicti in ignẽ ⁊c̃
quomodo lamẽtantur dicentes Ecce
hij ſunt quos aliquando habuimus in
deriſum · quantus eis dolor · quãtus
luctus · Deinde aſſume affectum eoꝝ
qui a dextris ſunt quanto repleti ſũt
gaudio q̄ ꝓ tam modicis laboribꝰ et̃
na p̄mia meruerũt Cogita q̄ diſtricte
fiet ibi examinatio operum locutionũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

et meditationū et malarū affectionū.
omnia ibi nuda erunt et apta eciam
q̄ hic fuerunt palliata Nam iherusalē
ſcrutabitur in lucernis et inueniētur
nōnulli babilonij qui ciues putabant
fore iherusalē. Teſtis erit ibi diabol9
qui oſtendet nobis peccatū qđ cōmi
ſimus. tempus quando. et locum vbi
peccauimus et dicet Equiſſime iudex
iudica hunc eſſe meū ob culpam qui
tuus eſſe noluit ꝓpter ſupbiam. Accu
ſabit ꝓpria cōſciencia ſed et ſancti an
geli accuſabunt. Ibi chriſtus inſignia
paſſionis ſue oſtendet et malis benefi
cia incarnacōnis improperabit eo ꝙ ea
contempſerunt et ingrati fuerunt.
Deinde ꝓfert iudex ſentēciam diffini
tiuam a q̄ null9 poteſt appellare null9
cōtradicere. null9 ſubterfugere. null9
ſe defendere valebit. Cogita q̄d ama
ritudinis quid doloris quid horroris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

contineat ſententia illa. Jtē maledicti
Cogita quid dulcedinis quid āmirati
onis et gaudij habeat vox illa Venite
benedicti. Interdum etiam cogita de
ꝑticulari tuo iudicio et forma medita
cōnes ex premiſſis ſuo modo.

¶ Qualiter homo ꝑ memoriam peña
rūm infernalium timorem acquirit et
cōpunctionem. Ca. xxi.

DEinde verte oculum ad regionez
damnatoꝝ et carcerez miſeroꝝ
diligenter ſcrutans q̄ ibi agantur. q̄
lis ſit illa manſio et quis locus Quia
autem mens noſtra ceca melius ꝑ viſi
bilia et ſenſibilia ducitur ad noticiam
inuiſibiliū. ideo vt illas penas melius
ſentias potes tibi aſſumē ſimilitudiēs
a ſanctis ſup hoc in ſcripturis poſitas
Aſpice igitur infernū chaos horribiliſ
ſimū locū ſubterraneū et ꝓfundiſſimū
totumqꝫ tenebroſum. puteum ꝓfun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

diſſimum et totaliter ignitum. forna
cem totam inceſam et terribiliter flā
mantem. ciuitatē magnam tenebroſā
obſcuram totam incenſam et ardentē
plenam infiniti populi mltitudine cla
mantibus vniuerſis et miſerabiles ſo
nitus dantibus et eiulatus pre dolore
et ardore et ex inuidia ſe mutuo mor
dentibus tanquā ſi canes rabidi ſimul
eſſent cōiuncti. Cogita deinde penaꝝ
acerbitatē Ibi eſt calor nimi9 cui noſt
hic calor in nullo eſt cōparabilis. Ibi
frigus intolerabile cui nulluz frigus
mundi in aliqua comparacōne poteſt
equari. Et ita cogita de ſingularū pe
narum intencōibus et cruciatibus.
Cogita de penarum mltiplicitate Ibi
ignis inextinguibilis. habundans ar
dore carens tamen luce Ibi intolera
bile frigus. fetor peſſimus tenebre
palpabiles vmes immortales Ibi eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

pena in omni ſenſu in omni membro Viſus videbit laruales demonum faci es mirabiliter ſuo terribili aſpectu af fligentes. Auditus nil aliud audit q̄ȝ fletus planctus et vlulatus et vocem illam heu heu ve ve. vt quid fuimꝰ nati vt quid a deo creati. vt quid nō peri mus. maledictus deꝰ et maledicta tri nitas q̄ nos creauit ad hanc penalita tem Ecce hoc eſt carmen quod ibi can tant continens lamentacōnes et ve.

Cogita de illa miſerrima ſocietate demoniorum et crudelitate tortorum quoniam ſunt ſine miſericordia. in tor quendo non fatigant̄ ad miſericordiā non cōmouētur ſed penam omnibus modis q̄bus poterunt augebunt Ipſi inſultant dicentes. Vbi nunc glā vbi voluptas vbi honor vbi altus ſtatus. vbi diuicie immenſe. vbi potencia vbi dignitas vbi prelatura vbi dominiū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Quid nūc proſunt omnia q̄ fuerunt
tam breuia tam cito tranſeuntia. Co
gita ꝙ q̄uis ibi plus in illis membris
punietur per q̄ amplius deliquit ſiue
in lingua ſiue in corde Et quantū plus
quis ſe extulit et in delicijs fuit tanto
plectet᷑ ibi pena grauiori Cogita eciā
de penis interioribꝰ et maxime de pri
uacōne viſionis diuine q̄ excedit oēm
penam aliā. Cogita ꝙ ſunt eternalit᷑
anathematiſati et eiecti ab illa ſupna
et glorioſa ciuitate iherusalem nunꝙ̄
illuc redituri Cogita de verme conſci
encie qui nunꝙ̄ morietᷣ. qui nō ceſſat.
clamat et affligit ꝙ ꝓpter tam modi
cū gaudium ad inſtar puncti ad illas
penas deſcenderunt. Item cogita de
paſſionibus anime ire et inuidie q̄bꝰ
affligunt᷑. Nam iracundia inuidia ⁊ c̄
maxime in ipſis regnant Itē diligent᷑
rumina penaꝝ eternitatē q̄ omnibus

penis grauius affligit. penarꝝ nullus
eſt finis . nulla ibi redēptio Poſt mille
milium annorꝝ non ꝓpinquat finis q̄ꝛ
nullus eſt finis . Hys et ſimilibus me
ditacōnibus timorem domini ↄcipies
et cōpunctionem ſalutarem cōficies
vt ſic affectiones tuas a rebus īfimis
auellas Oportet autē te longo tēpore
in hys exercicys immorari . et cum hu
iuſmodi meditatiōib9 ac alys virtu
oſis operibus maxime in remedys vi
ciorum de quib9 poſtea dicetur ipſas
affectiōes expurgare . alias vlterius
aſcendere non poſſum9 . Nam quantū
affectiones carnales et terrenas abie
cerimus tanto ampli9 ſpirituales adi
ciemus . ſi parum parum . ſi multum
multum . Ergo a timore domini ſcdm
ꝓphetam debemus pturire ſpiritum
ſalutis Eſt eñ inicium ſapiencie timor
dn̄i et in ipſo debemus nos ſtudioſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

exercere et cor noſtrum purgare vt
ad caritatem poſſimus peruenire Vnde
ſapiens Jnitiandi ſunt a timore vt ad
caritatem perueniant. Vides ergo quã
congrue diuina ſcriptura puritatem
cordis fidei aſſcribit iuxta illud. Fide
purificans corda eoꝝ eo ꝙ timor qui
eſt prim⁹ effectus fidei euellit et extra
hit cor ab immūdis affectionib⁹ et vi
cioſis inquinamentis. Eſt igit̃ primus
gradus ſcđe aſcenſionis qua tenditur
ad puritatē cordis fides vel timor qui
eſt eius effectus.

¶ De ſcđo gradu ſcđe aſcenſionis q̃
fit ꝑ ſpem et deſideriū celeſtiū et ſpiri
tualium reꝝ quib⁹ purgatur et ſanat̃
homo a ſcđa impuritate cordis.

Capl̃. xxij.

Sicut fides timore futuri iudicij
ac ſuppliciorū metu facit vicioꝝ
cõtagia declinare cõpiciens quodam

modo medullitus omnia interiora et
extrahens ab inferiorum viciosa affec
tione et inhesione. Ita consequenter
ſpes mentem noſtram de huiuſmodi
affectionibus auulſam ſed non eleua
tam immo timoris pondere depreſſam
de preſentibus auocat et ad ſuperiora
eleuat et vniuerſas corporis volupta
tes vel mūdi vanitates celeſtium pre
miorum exſpectacōne cōtempni t inci
piens ſuſpirare ſurſum et mente aſpi
rare ad illud ſublime gaudiū qd̄ ſpes
interius rep̄ſentauit Igit̄ ſi cor tuum
iam ab infimis abſtractū timore ſenſe
ris noli iam ſtare noli te eſſe in tuto
putare. Si ſtare cepiſti iam deſcēdiſti
Siquidē cor tuū vacuum ab affectioni
bus eē nō poteſt. ſi igit̄ ſit noxijs vacu
atū impleat̄ celeſtibus et ſcīs affectio
nib9. aliqn̄ rurſū deſcēdit. Vn̄ eciā cū
te in tīōre purgas expedit vt interdū

in ſpe reſpires · Sed multo aliter ad
ſpem aſcēdit qui diucius iam in timo
ris ꝑfectu cor purgauit · Igitur cōtra
ſcdam cordis impuritatem q̄ in eo cōſi
ſtit ꝙ affectus tuꝰ adeo eſt cōcupiſcē
cijs infectus vel ex reliquijs cōcupiſcē
ciarum dep̄ſſus et infirmus factus vt
non ſapiant ei celeſtia aſcenditur per
ſpem · Nam ſpes ſaporem eternorum
ingerit et affectum ad ſuperiora reſti
tuit Sicut igitur ſuperius dictum fuit
ꝙ homo per adheſionem cōmixtionez
ſiue affectionē inferiorum fit impurꝰ.
Ita per adheſionē et affectionē ſupe
riorum fit purus et acquiritur quedā
puritas cordis · id ē affectꝰ ad celeſtia
et ſpiritualia · et hoc fit per ſpem ·
Igitur o homo imaginare ſuper te lo
cum quendaz totum quietum totum
purum et mūdum · Infra te vero locū
quendam totum turbulentum et in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

continuo motu exiſtentem et totum
turbidum et impurum te vero in me
dio cōſiſtentem. Quanto igitur deſcē
dis ad locum infra tanto magis effice
ris inquietus ꝑ cōcupiſcencias. inſta
bilis ꝑ varia deſideria. impurus ꝑ im
mundas affectiones et ꝑmixtionē im
mundoꝝ. Quanto vero ſup̄ aſcendis
per iugem meditacōnem continuam
affectionem deſiderium et ſpem et ce
leſtium admixtionē tanto magis eris
quietus et ſtabilis. vnam illam deſide
rans eſſe ſcꝫ in atrijs iheruſalem. tāto
eciam eris purioꝛ per melioꝛum te ad
mixtionem.

¶ De cōpunctione ꝑ amoꝛem q̃liter
ſe in ea exercebit. Ca. xxiij.

SVperius cum ꝑ timoꝛem treme
factus cepiſti coactus aſcendere
medicinam quādam tibi dedimus ma
loꝛum humoꝛum quibꝰ ab aſcenſu im

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

pediebaris purgatiuam· Sed quia ad
huc infirmitas tibi ex huiuſmodi hu
moribus remanſit et infectio guſtus
vt minus poſſis aſcendere quia minus
ſpiritualia ſapis ideo ad ſanitatem tu
am recipe aliam medicinam de ſpe ve
nie generatam videlicet cōpunctionē
ex amore· Nam ſi per ſpem deſideras
aſcendere in hac compunctione maxi
me debes te exercere· Conficitur autē
huiuſmodi compunctio precipue duo
bus modis licet multis alijs modis
poſſit confici· Primo cum iam timore
et timoris horrore excitatus diu aſcen
diſti multa bona opera et deuota ex
ercitia pfeciſti et a noxijs concupiſcen
cijs fueris depriuatꝰ et adeo aſcendiſti
vt ad ſpem venias· Cumqꝫ in ſpe ſte
teris tunc a longe videns iheruſalem
celeſtem ciuitatem viſionis pacis qđ
in timore non potuiſti Incipis ſepe ad

eam reſpicere et eius ammirandam
pulchritudinem conſiderare · cuius il
lectus pulchritudine incipis ſuſpirare
gemere et plorare ꝙ adhuc ſis tam
remotus cupis qꝫ diſſolui et eſſe cum
chriſto clamans · Quis liberabit me
de corpore mortis huius · Itaqꝫ conſi
derans te adhuc ab illa ſuperna iheru
ſalem longius peregrinari incipis dul
citer flere ac ſepius deplorare ꝙ non
poteris illac peruenire · Secundo
naſcitur hec cõpunctio cum ſtudioſe
in corde tuo ruminas et enumeras
beneficia dei q̄ tibi tam multa et tam
magno affectu dedit · Incipis conſide
rare tuam ingratitudinem et quodā
interno deſiderio incipis dilatari et
extendi in amorem dei tui q̄ tibi tan
ta contulit beneficia · Et hec eſt com
punctio pietatis naſcens de fonte cari
tatis q̄ valet mirabiliter cõtra ſcđam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

impuritatem cordis Ut autem de pre
miſſis duobus modis habeas vnde te
poſſis ad hanc cōpunctionem facilius
inflāmare. ſequitur mod⁹ quo poſſis
formare et erigere meditacōes tuas
de celeſti beatitudine.

Generalis modus formandi medi
tacōnes de regno celoꝝ ad habendaꝫ
cōpunctōnem et deſiderium ad ipſum
obtinendum. Ca. xxiiij.

Poteris autem de celeſti illa pria
ſimilitudines ſenſibiles aſſumē a
ſanctis ꝑ noſtra capacitate adinuen
tas. Eſt igiť ciuitas illa glorioſiſſima
amplitudine et capacitate ꝑmaxima
ex auro mundiſſimo. gemmis qꝫ ꝑcio
ſiſſimis mirabiliter cōſtructa. ſingule
eius porte ſūt ex ſingulis margaritis
Eſt item campus ſpecioſiſſim⁹ omniū
florum pulchritudine decorat⁹ Ibi ſp
eſt eſtas ameniſſima Ibi odorū ſuaui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

tas fragrantiſſima et omniū delectabi
lium copia Cogita et totis viribus te
ipſum totū ad cogitandum recollige
vt videas quantuz ſit gaudium deū ſp
ꝑ eſſenciam intueri·ſummā et indiui
duam trinitatem mūdo cordis oculo
inſpicere·in qua relucet omnis pulcri
tudinis omnis dulcedinis omniſqꝫ bo
nitatis exemplar eſſenciale·in qua vi
ſione omnia videbis oia q̄ velis ſcies·
ex ea viſione omni bonitate omi gau
dio et leticia repleberis·In ea beat⁹
eris et beatiſſima beatitudine q̄ deus
eſt ꝑfrueris· Cogita quantū ſit gau
dium domino ihesu ſemper aſſiſtere
et eius ſanctiſſimam et glorioſiſſimaz
humanitatem ſemper aſpicere· cum
petrus videns eum tranſfiguratū op
tabat ſic ſemper ꝑmanere Quā mag
num eſt gaudium videre illum in reg
no ſuo ſublimē et glorioſum qui pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

nobis in hoc exilio quondam pauper venerat exul pariter et peregrinus ·
Cogita quantũ ſit gaudium intereſſe ſocietati celeſtis curie quanta leticia reginam celi matrem dei cum ceteris virginibus intueri · quanta leticia et exultacio intereſſe agminibus angelorum · letari cum patriarchis et ꝓphetis apoſtolis martirib9 et confeſſorib9

Cogita de dotibus corporis tui quibus ipſum corpus beatificabitur videlicet de eius immortalitate impaſſibilitate ſũma agilitate et glorioſiſſima ſpecioſitate · Cogita de dotibus aĩme quibus ipſa anima implebitur iam beata que ſunt plenitudo ſciencie quantum ad vim racõnalem · repletio iuſticie quantũ ad vim concupiſcibilem ſũ pereffluencia leticie quantum ad vim iraſcibilem · Cogita ex hys dotibus principalibus quã multa alia magna

doña et ineffabilia conſequeris vide
licet ſecuritatem vt iam non timeas
eia · non timeas a carne ſathana vel
mundo vina · Item libertatem ad fa
ciendum quodcumq volueris · Item
voluptatem mūdiſſimam et iocundiſ
ſimam in corpore et in anima · Item
amicitiam amorem honorem cōcordi
am et perfectiſſimam caritatem · Et
breuiter omnia colligendo habebis
quicquid volueris et quicqd nolueris
non habebis ·

Qualiter homo ex memoria bene
ficiorum dei inflammetur ad deuocō
nem et accendatur ad cōpunctionem
Capl · xxv ·

Uerum vt maiorem habeas fidu
ciam ſperandi et futurā gloriaz
optinendi debes nō nunq̄ ſigna dilec
tionis q̄ tibi dn̄s tu9 exhibuit ſtudioſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

reuoluē et eius beneficia diligentius
conſiderare et tali conſideracōne accē
di quaſi quibuſdā ſtimulis ad reaman
dum. Cogita igitur primū q̄ꝙ ſit mag
num ſignum dilectionis dei tui ꝙ te q̄
tociens eum offendiſti. tociens ad eū
terga vertiſti. tociens ab eo receſſiſti.
tociens grauiſſime peccaſti. quociens
reuerti volebas ipē te ſuſcepit. dolēti
peccata indulſit. emendantem et cor
rigentem adiuuit. Dinumera bene
ficia naturalia q̄ tibi contulit ſi potes
Creauit te et eſſe dedit tibi ex nihilo.
Et eſſe pulchrum ⁊ ſpecioſum ſenſibile
et viuum quinqꝫ ſenſibus decoratum
Dedit tibi pre ceteris creaturis inferi
oribus intellectū quo ceteris animan
tibus p̄eminneres et deum tuū cognoſ
cere poſſes et veritatem ipſam intelli
gere. et huic ītellectui tuo lumē vul
tus ſui infudit ⁊ magnam claritatem

luminis naturalis dedit Dedit tibi me
moriam qua ſimiliũ rerum ſimulacra
reponeres donec alicuius tibi placeret
reminiſci. Similiter dedit intellectum
poſſibilem vbi intelligibilium ſpecies
iterum occurrendas collocares Fecit
animã tuam tante dignitatis tanteq̃
nobilitatis vt nihil eam replere nihil
ve poſſet ipſi illabi niſi ſancta et glorio
ſiſſima trinitas vnus deꝰ ad cuius ima
ginẽ et ſimilitudinẽ te creauit. Quid
plura? Dedit ſolem vt luceret tibi ꝑ
diem. lunã vt tibi luminaret ꝑ noctẽ.
omnẽq̃ inferiorẽ creaturã ad tuũ fe
cit obſequiũ et ad tuũ miniſterium or
dinauit. Deinde cogita de donis gra
tie tibi collatis Dedit enĩ tibi cõtritio
nem et dolorẽ de peccatis et ab iniuſ
ticia reuocauit et iuſticiam infudit qđ
eſt ſolius dei qđ tamẽ multis negauit.
Dedit et inſpirauit voluntatem ꝙ te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

velles emendare · tempus et locum or
dinauit vbi et quando te emendare
poſſes · et hec omnia multis te meliori
bus non dedit · Cogita de donis ſu
perexcellencie q̄ tibi contulit videlicet
qꝫ dedit tibi dilectiſſimum ſuum filium
Primo in incarnacōne · Nam ꝓpter te
natus eſt · ꝓpter te crucifixus eſt · deīn
de in altaris ſacramēto in cibum et in
potum · Miſit tibi ſpiritumſanctum in
ſignaculū acceptacōis · in priuilegiū
amoris · in ānulum deſponſacōis ·
Vt autē te amplius ad amorem deuo
cōnem et cōpunctionem pietatis ele
ues cogita quā multa ꝓpter ſalutem
tuam dominus ille magnus peregit ·
Siquidez locutus eſt cum patribus ap
paruit in figuris · loquebatur in ꝓphe
tis · eduxit de egipto · induxit in terrā
ꝓmiſſionis et infinita miracula et mi
rabilia fecit Vt quid autē fecit hec oīa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

nisi desiderio et amore tui vt tu celoꝝ
regnū et eternā beatitudinem posses
ꝓmereri · vt in cognitione celestium
intellectū tuū illuminaret et affectuꝫ
ab infimis purgaret · Hec omīa ſpem
tuam et affectū ſurſum debent erigē
in amorē dei tui Vt aūt hee et ſiles
meditacōnes de beneficijs dei ampliꝰ
te moueant debes tenere hunc modū
et talem affectū formare in meditan
do vt diligenter inquiras magnitudi
nem et potenciā benefactoris tui qui
tibi hec omnia contulit · Nam eſt potē
tiſſimus vt potes videre in rerū creaci
one · Eſt ſapientiſſimus vt apparet in
earum gubernacōne et ꝓuidentiſſima
diſpoſicōne · Vnde pro magno debes
habere ſi quid quantumlibet modicū
tibi tribuerit · Scđo debes aduertē
et cogitare quāta ſollicitudine ꝛ quā
to deſiderio · hec tibi beneficia tribuit ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Ab eterno hec tibi dare diſpoſuit· ab
ab eterno prediſpoſuit· Ab eterno de
te actualiſſime ſine ceſſatione cogita
uit et tibi benefacere ab eterno preor
dinauit Sic fuit ſemper et eſt circa te
ſollicitus ſicut erga integram vrbem
vel totum orbem· ſic intendit tibi ſolli
citus ꝑ te acſi vacaret a ceteris· Ter
cio omnia beneficia diuina generalit̄
humano generi collata ita tibi debes
aſſumere et attrahere acſi tibi ſoli fo
rēt collata· vt cogites Ecce ꝓpter me
totum mundū creauit et omīa in eo·
ꝓpter me crucifixus eſt ⁊c̄ Et iſtud nō
modicū ad amorem· caritatē et gra
titudinem te accendet et tantis benefi
cijs amplius obnoxium te reddet Sed
et teipſum debes attendere ⁊ mirare
ꝙ tam vili tam indigno tam tepido
et tam ingrato tanta beneficia tāto
tribuit affectu et amore·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Jncipit de tercio gradu huius aſcē
ſus qui eſt in caritate et puritate cor
dis . et in quo conſiſtit iſte aſcenſus .
et qualiter homo poteſt ſcire quando
venit ad iſtum gradum puritatis vel
caritatis Ca . xxvi .

In premiſſis aſcenſionibꝰ et aſcē
ſionū gradibus verſatur omnis
labor incipientium et proficientium et
hucuſqꝫ magnis laboribꝰ et multis do
loribus vigilijs ieiunijs lectōibus me
ditacōibus opere manuū alijs qꝫ de
uotis exercicijs et operibus pietatis
laborāt vt hic veniant . Nec poteſt hic
aſcēdere tepidus aut negligens vel re
miſſus . nō mollis aut piger . Siquidē
non eſt ꝑui laboris in p̄ma aſcenſione
preteritā vitam dimittere plangere
et penitere et dignos fructus penitē
cie facere . Sed multo maioris laboris
vel ſaltem longioris eſt inueteratam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

conſuetudinem priorem vincere· inor
dinatam affectionez et inclinacōnem
ad inferiora deſerere immundiciā et
impuritatē et affectionem contractā
expurgare· appetitū gule extinguere·
luxuriam deprimere· iram ſuffocare·
ſupbiam debellare. et ſic de alijs affec
cōnibus viciosis q̄ omnia ſpectant ad
purgacōnem timoris Sed adhuc mul
toplus laboriosū vel ſaltē altior grad9
eſt deinde totā animā et affectiones
quātum ad hunc gradum· ptinet ad
celeſtia erigere et p ſpem ī celeſtib9
habitare Ecce quanta et q̄ magna ſit
int̄ aſcenſionē et aſcenſionē aſcenſio
inter timorē et ſpem quantū ad pſen
tem cōſideracōnem diſtancia aſcēſus
et labor pueniendi· Sed qui hucuſq
bene pfecerit iam vicinus puritati et
caritati ppinquat licet adhuc per ali
quos gradus eū aſcendere oporteat·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Oportet eñi q̄ longo et diuturno tp̄e
in iſtis duob⁹ gradib⁹ timoris et ſpei
aſcendēdo et deſcendēdo ſe exerceat.
affectiones noxias ſupbiā irā gulā ⁊c̄
conet᷑ debellare. humilitatē. caſtitatē
ceteraſq̄ v̓tutes quodāmō in naturā
tranſformando. Sunt autē duo in
quib⁹ pfectio iſtius tercij gradus puri
tatis et caritatis cōſiſtit. Primū q̄ hō
iam induit affectū virtutū. et ipſum
quodāmodo ī naturā tranſformauit
ita q̄ v̓tutes operat᷑ nō iam ex timore
pene coactus. nō ex ſpe remuneracō
nis attractus ſ3 ſolo bonitatis affectu
indito delectatus et eodē affectu puri
tatis et caritatis ipſā maliciā et immū
diciā phorreſcit amore viz. et deſide
rio v̓tutis interi⁹ habituato et īteriori
delectacōe v̓tutū. nec opat᷑ iam ipas
v̓tutes reluctando oblectacōnib⁹ imo
ipaꝝ v̓tutū affectū medullit⁹ retinēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

quicquid illi virtutū affectui contra
rium fuerit nō ſolum nō corde recipit
verumeciā ſummo deteſtatur horrore
Iſte eſt qui operaꝛ bonū ꝓpter bonū.
boni delectatus affectu. Nam qui ſupe
rata impuguacōne viciorꝝ. pacis iam
ſecuritate pfruitur et tranſit in ipſi9
virtutis affectum ſ iugem ſtatū illi9
boni cuius iam totus eſt retentabit.
qꝛ damno itime puritatis nihil credit
eſſe damnoſi9 Nec em̄ carius ac preci
oſius q̄uicq̄ preſenti iudicat puritati
cui pena grauis eſt vel virtutū pmicio
ſa tranſgreſſio. Huic nec reuerencia
humane p̄ſencie quicq̄ adicit hone
tatis nec minuit ſolitudo ſed vbiqꝫ ſe
cum ſemp qꝫ circūferens arbitrum nō
ſolum actuū. ſed eciam cogitacōnum
ſuarum cōſcienciaꝫ. nullā mentis reci
pit impuritatem. Scd̄m eſt qꝫ ſicut
affectus virtutū eſt in eo habituatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

modo predicto ita affect9 ſit deo per
ardentē amorem vnitus et ad diuine
voluntatis beneplacitū ſemper ex fer
uore paratus et in diuina ſpeculacōe
erectus Siquidē ei adheret p feruidū
amorem et ad eius intuitum omne p
horret viciū et peccatum. eius amore
et intuitu zelo ſemp eſt accenſus. ve
ritatem vbiq3 zelat. feruet ſapiencie
ſtudijs. huic amica ſanctitas vite et
morū diſciplina. cuius mores erubeſ
cunt iactanciam. abhorrent detractio
nem. inuidiam neſciunt. ſupbiam de
teſtantur omnē humanā gloriam nō
ſolum fugiunt ſed et faſtidiunt et cō
tempnūt. omnē in ſe carnis et cordis
impuritatē vehementiſſime abominaſ
et pſequūtur. omne demiq3 tamq̄ na
turaliter et qd malum eſt reſpuūt et
qd bonū eſt āplectunſ. Hic eſt mons
pinguis in quem qui aſcenderit ingre

diens et egrediens paſcua inueniet·
Ingrediens intus in vi concupiſcibili
inueniet gaudium in ſpiritu ſancto
longanimitatem benignitatē modeſ
tiam ⁊c̄· In iraſcibili fortitudinē con
ſtanciam et pſeueranciā pacienciā ⁊c̄
Intellectu ſepe vltra ſe aſcendit ad in
tuitum diuine ſpeculacōnis · licet p
ſpeculum in enigmate· Foris egredi
tur et cognicōe et pulchritudine cre
aturarum in amorem accenditur cre
atoris · Compara iſtum ſtatum ad
illum de quo ſuperius fuit dictū adaꝫ
fuiſſe cōſtitutum· et vide quantū iſte
ab illo diſtat · Hic eſt ſtatus pfectio
nis · hic eſt mons puritatis et pfectus
aſcenſus pfectōnis vere caritatis Qui
poteſt aſcēdere aſcendat · qui poteſt
capere capiat · ſed decedant ſegnes
laborē fugientes · Quāuis hic ſtatus
pfectionis niſi dei ſpeciali gracia a ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

trine acquirit̃ · gracia tamẽ dormienti
bus negligentibꝰ et nõ cooperantibꝰ
non datur. ergo Milicie ſpecies amor
eſt diſcedite ſegnes · ſucceſſiue tamẽ
poſſunt repere et diutinis exercitijs
appropinquare ·

¶ De tribus gradibus aſcendendi cõ
tra terciam impuritatem quibꝰ homo
ſucceſſiue diſponit̃ vt deo perfectius
poſſit inherere · Capl̃ · xxvij ·

SEd quia ſuperius dictum fuit ·
quia tercia impuritas cordis cõ
ſiſtit in quadam inhabilitate et ido
neitate adherendi deo et cognoſcẽdi
di eum · Unde eciam affectibus iam
purgatis et ſpe recepta forſitan non
tamen ſemp homo eſt idoneus et ha
bilis deo adherendi et in ipſo quieſcẽ
di per affectum · cum tamen hoc vnũ
eẽ diximꝰ in quo altior g̃dus puritatis
et caritatis ꝯſiſtit · Ideo dicendũ quõ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

homo ſucceſſiue aſcendēdo fiat ad hoc
idoneus vt ſic fiat plenius purus qui
terciā expurgat impuritatem · Vnde
iterum oportet te nouas aſcenſiones
in corde diſponere quib9 diſcas et aſ
ſueſcas iugiter deo p caritatem adhe
rere · Pro quibus aſcenſionib9 diſpo
nendis ſcire debes · ꝙ chriſtus ihesus
deus et homo dei et hominū mediator
ipſe eſt via per quā ad diuinitatis no
ticiam ſimul et amorē debes aſcendē
ſcdm Auguſtinū vij · cōfeſſio · Ad hoc
em̄ precipue chriſtus carnē aſſumpſit
vt qui deum ſpiritualiter inteligere
nō potuim9 per chriſtum verbū caro
factum aſcenderemus ad noticiam et
amorem ſpiritualem · In xp̄i ergo
vita et morte conſtitue tibi triplicem
aſcenſionem per deuota exercitia ·
Prima aſcenſio ſit vt affectu quodaꝫ
dulci et deſiderio cordiali licet quodā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

modo carnali adhereas chriſto . comi
teris chriſtū iugiter circa chriſti vitā
et mortem affectatus et eius pñciā et
recordatione in tuis exercicijs delec
tatus In hac prima aſcenſione vel pri
mo affectu potes diuerſimode variare
tuū exercitium ſicut chriſtum in vita
multi diuerſimode affectati et varijs
intencōibus ſequebantur. Apoſtoli
eñi primo ſequebantur eum ſola eius
pñcia corpali delectati eius colloquio
recreati. eius dulcedīe et affabilitate
allecti . Et tu eciam primo hoc modo
ſequere chriſtum eſto in eius comita
tu . Cogita quā fuerit eius preſentia
dulcis Cogita corporis elegantiam et
ſpecioſitatem. Nam ſpecioſus forma
p̄ filijs hominū. Attende ſuaues eius
ſermones et dulciſſimam doctrinam
et attende modum quo chriſtus ſe in
oībus habuit q̄ dulciter et benigne

verba illa melliflua ꝓtulit · Attende
modum quo interius ſe habuit · quia
ab intra mitis benignus et ſuauis ·
Attende incenſum maturum aſpectū
venuſtum · Cogita in chriſto profun
diſſimam ſapienciam in corde · venuſ
tiſſimam eloquenciam in ore · optimā
morum diſpoſicōnem in exteriori com
poſicōne · Hoc modo apoſtoli ſeque
bantur Alij quidā ſequebantur vt
eorum chriſtus ſanaret infirmitates ·
Sequere et tu eum interdum hoc mō
et humiliter ꝓſtratus adora eum di
cens · Domine ſi vis potes me munda
re · vel Jheſu fili dauid miſerere mei ·

Quidā ſequebantur eum ꝑpter mi
racula eius · Et tu mirare potenciam
eius in miraculis · Naturā mutat ele
menta cōmutat demones fugat om
nemqꝫ infirmitatem ſanat · Ex hijs
diſce eum eſſe deum qui nature ſuos

effectus in p̃mo eis indidit naturales
ſalua ſibi ſemp obediencia in omnib9
eciam ad effectus ſupnaturales ꝓdu
cendos. Et ſimilibus modis potes va
riare exercitium et affectum in primo
aſcenſu Sed ſcias ꝙ licet hec exerci
tatio in ſe ſpirituali ſatis vtilis ſit ſcꝫ
occupare ſe circa mores et geſtus ihe
ſu chriſti dn̄i noſtri tamen quantū ad
aſcenſū ad chriſti amorem nō ſufficit
imo de p ſe parum ꝓdeſt Quid ꝓfuit
inde pilato herodi vel phariſeis ꝙ xp̄i
mores vel geſtus aut p̄ſenciā corpalē
viderunt qui eum imitari noluerunt
Igitᵉ termin9 huius p̃me aſcenſionis
ſcd̃m Bern̄. ſup cātica. erit ē vt ſicut
apoſtoli hoc affectu tracti omīa mūdi
diuicias ⁊c̃ relinquerunt ita et tu in
iſto gradu perſeuerabis vt cor tuum
illa ſuauitas occupet ⁊ totum ſibi ab
amore vniuerſe carnis ac carnalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

illecebre vendicet. id eſt breuit homo cor ſuum in tali exercitio debet extē dere in affectum et amorem humani tatis chriſti vt omnis affectus ſuus et appetitus ad dulcedinē humanitatis chriſti transferatur. Scđs aſcenſus per vitam et paſſionem chriſti eſt iā aliquantulum altius aſcendere et nō ſoluz circa chriſti humanitatē ſe exer cere. ſed vt Bernđus dicit in homine chriſto deum inuenire licet nō deum nudum neqȝ nudum hominē ſed xp̄m deum pariter et hominē comprehen dere chriſtumqȝ vt deum pariter et hominem diligere diligere et adora re. Multum quidem fructum in ex ercitio cōfert circa vitam et paſſionē chriſti domini ſi quociēs legis vel co gitas chriſtum hoc vel illud feciſſe vel ſuſtinuiſſe talem tibi conceptum de chriſto poteris formare vt tibi lucide

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

deum et hominē repreſentet · id ē vnā
ꝑſonam ſignificet q̄ ſimul eſt deꝰ et hō
vt quicquid legis vel cogitas chriſtū
feciſſe ſiue in mortuis ſuſcitandis ſiue
in miraculis faciendis hominem feciſſe
chriſtum nō dubites · quicquid xp̄m
legis ſuſtinuiſſe ſiue in manuū perfo
racōne et pedum conclauacōne · deū
credas indubitāter ſuſtinuiſſe · et hoc
ꝓpter ꝑſone vnitatem in q̄ diuinitas
et huānitas ſine naturaꝝ ꝑmixtione
ſubſtiterūt · et hoc credit quilibet ve
rus chriſtianꝰ · ſed quāto lucidius cō
cipit deuotus tanto in chriſti vita paſ
ſione et miraculis pinguior erit affec
tus Si chriſtum hominē cogitas inde
tibi dulcis affectio et magna fiducia ·
qꝛ homo mitiſſimus benigniſſimꝰ nobi
liſſimus ſuauiſſimus totus decorus gra
cioſus et formoſus Inde tibi fiducia ac
cedendi adorandi et facilior conceptꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Nam facilior eſt nobis huānitatis noti
cia vtputa menti impreſſa q̄ꝑ dei a mē
te remotiſſima. Sed ſi xp̄m deum cogi
tas. inde tibi omnia verba facta mira
cula geſtus magis apparent metuēda
terrenda horrenda et ammiranda Et
ſic ſi vtrūqꝫ in chriſto intelligis et cō
cipis magna ē naſcetur deuocio amor
et fiducia. Et rurſū timor et reuerēcia
Tercius aſcenſus eſt iam ꝑ humani
tatem chriſti ad ſpiritualem affectuꝫ
aſſurgere et iam ipſum deum ꝑ ſpecu
lum in enigmate mentalibꝰ oculis in
tueri et ſic ex huānitate ad noticiā et
amorem diuinitatis peruenire. Et hic
maxime abicitur tercia mentis impuri
tas ꝑ adheſionem dei Et ꝑ huiuſmodi
mentis intuitum et adheſionē et tran
ſformacōnem incipit quodāmodo hō
vnus ſpūs cum deo fieri et extra ſeip
ſum tranſgredi et ipām veritatē intu

teri et ad vnionē et adheſionem abili
tari Vñ Aug⁹ . vij . confeſ . Jam inq̄t
admonitus redire ad meipm̄ intraui
ad itima mea duce te et pot ui quoniā
factus es adiutor meus . et vidi quali
cumq̄ꝫ oculo anime mee ſuper eundē
oculum anime mee ſup mentem meā
lucē domini incōmutabilem nō hanc
vulgarem et cōſpicuam omni carni .
nec quaſi ex eodem genere grandior
erat tamq̄ꝫ ſi iſta multo multo qꝫ cla
rius clareſceret totumq̄ꝫ occuparet
magnitudine non hoc illa erat ſ aliud
aliđ valde ab iſtis Qui nouit veritatē
nouit eam et qui nouit eam nouit et
nitatem . caritas nouit eam O eterna
veritas et vera caritas et cara eterni
tas tu es deus meus tibi ſuſpiro die ac
nocte . Ecce hic eſt vltimus aſcenſus
in hac peregrinacōne donec aſcenda
mus ad dei eſſencialem viſionem .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Sed caueat hic beſtia ne tetigerit mō
tem hunc. caueat impurus ad huc ne
aꝓpriet Nam beſtia q̄ tetigerit montē
ipſa lapidabitur. Vt eciam circa has
aſcenſiones modum habeas te exerci
tandi eciam hic ſicut et in p̄cedētibus
generalem modū meditandi de vita
et paſſione chriſti circauim⁹ ānotare

¶ De figuris ꝓphecijs et ſcripturis
circa incarnacōnem xp̄i. Ca. xxviij

Circa opus noſtre redempcōnis
verſatur materia tocius diuine
ſcripture et omnia in ſcriptura ad ip
ſum referūtur. Ipſum futurum teſta
mentum vetus ꝓnūciat. ipſum factū
et impletum nouū clarius demōſtrat
Cogita igitur ꝙ multa in figuris geſ
tis factis oraculis apparitionibus p re
ges ꝓphetas ſacerdotes ipſum opus p̄
ceſſerunt. et ex hoc intellige magnitu
dinē hui⁹ opis qd exigit gratitudinē

Cogita tuam ingratitudinem et inaf fectionē reſpectu deſiderij antiquorꝝ. Pertracta antiquorꝝ deſideriū Mirare tuam et multorꝝ circa hoc opus tepi ditatem.

De annūciatione dn̄ica. Ca.xxix.

DVm premiſſas figuras implendi venisſet plenitudo tēporis et xp̄o deſiderium patrum implere placuiſſet miſſus eſt angelus gabriel qui virgini nunciaret dominū incarnandum Hic exulta iam patrū deſideria et preceden tia oracula impleri. Attende angeli re uerenciā ad mariam Mirare dei humi liacōnem. Conſidera virginis exaltati onem. Nota marie humilitatem caſti tatem aliaſqꝫ virtutes Nota eiuſdem iam leticiam exultacōnem et iocundā deuocōnez Nec obliuiſcere miniſterij qd̄ exhibuit elizabeth.

Vita chriſti ſub compendio vſqꝫ

g iij

ad cenam . Capl'm . xxx .

De hinc dei filiꝰ cuius magnitudi
nis non eſt finis factus eſt puus
infantulus . Cogita ꝙ deus paruulus
vagijt et lacrimatus eſt in preſepio .
Attende hic pauptatem . Nota humili
tatem . Angeloꝝ mirare concurſum .
Paſtoꝝ intuere excubias . Angeloꝝ
et paſtorum auſculta colloquium .
Vide ioſeph ſtupentem . Aſpice mariã
iubilantem . Nota faciem et diſpoſicõ
nem pulcherrimi pueri Sed et attẽde
paruuli magnitudinem interiorem .
Mirare ſapienciã et reuerenter oſcu
lare preſepe pueri . Octauo die circũci
ditur et Jheſus vocatur . Attende ꝙ
ſine peccato aſſũpſit peccati remediũ
Compatere ꝙ tam tener puer leditur
et fundit ꝓ te ſanguinem . Conſidera
quomodo lacrimatur exterius interius
homini cõpaciebatur . Cogita de dulci

nomine ihesus. Sume exemplum teip
ſum circumcidendi. Apparens deinde
ſtella fulgida magos duxit ad chriſtū
Cogita magoꝝ deuocōnem et ſequē
eos. et deuotiſſime offer cū eis chriſto
quicquid habes id eſt animam tuam
Conſidera quantā vilitatem et paup
tatem magi inuenerunt nec chriſtus
aliter ſe diſpoſuit ꝓpter magorum ad
uentum. Nota hic triplex teſtimoniū
de chriſto nato. ſtelle. magorū. et iude
orum. perhibentium teſtimonium de
chriſto vt ne vacilles in fide. Maria
deinde chriſtum obtulit et oblacōne
pauperū redemit quaſi primogenitū.
Cogita marie. anne. ſimeonis. et io
ſeph proceſſionem. et deuotus occurre
vel aſpice. et attende dulce colloquiū
et magnam deuocōnem. Attende xp̄i
ſimul et marie matris humilitatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Chriſtus adhuc puulus fugatur ab herode. Attende chriſti pacientiam et diſce pati Sequere pegrinantes attē de colloquentes. in omnib9 diſce pau pertatē et humilitatē. A duodecimo autē anno vſqȝ ad triceſimū ipſe rex glorie ī populo abſcōditus latitabat. non docebat nec mirabilia faciebat. ſꝫ dum tam diu tacuit. tacendo maxime docuit et nihil faciendo maximū q̄d egit. docens te non cito ad docēdum ſurgere niſi ſedēdo prius et humilian do. Triceſimo vero anno a iohanne baptizatur. Cogita iohannis reuerē tiam q̄liter ad chriſti tactum tremuit Cogita chriſti humilitatē q̄ ſe iohanni ſubiecit. et omnē iuſticiam id ē pfectā humilitatem impleuit Nota qualiter hic ſe tota trinitas pſonarū oſtendit qualiter pater chriſtū ad predicandū miſit dicens ipſum audite ꝛc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

De hinc quadraginta diebus et q̄
draginta noctibus in heremo ieiunās
poſtea temptatur a ſathana. Cogita
chriſti in heremo cōuerſationē. quid
ibi fecit. de deuota eius oracōne et cō
templacōne Nota ibi eius humilitatē
quia fuit cum beſtijs ſcdm̄ Marcum.
Cogita mirandam chriſti pacientiam
a demone portatur et ſuſtinet Cogita
quā ſapienter ſathane reſtitit et tibi
exemplum cōtulit reſiſtendi. Mirare
eius dignitatē. quia angeli miniſtra
bant ei. Ex tunc quoſdam abiectos
eligens piſcatores cū eiſdem predicati
onis gladio cepit totū mūdum debel
lare. Nota eius cōmunē vitam cum
apoſtolis Nota eius dulcem cōuerſati
onem. Conſidera ſecretum eorum collo
quium in domo in via. Vide quomodo
ipſe inter eos eſt ſicut qui miniſtrat.
cū eis comedit vna menſa et ſcutella.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

nō habet priuilegium ⁊c̄ Ex tunc
deinceps viſus eſt ſup terram et cum
hominibus cōuerſatus. Siquidē inter
homines ambulans et vbiqꝫ verbum
dei ſeminans multa miracula q̄ niſi a
deo fieri nō potuerunt fecit. cecis viſū
ſurdis auditum reſtituit. demones fu
gauit. leproſos mundauit. breuiter
omnes ſanauit et tot miracula fecit q̄
vix ſcribi poſſunt. Orantibus peccata
indulſit. Vbiqꝫ p̄dicabat. Parabolas
miſticas ꝓponebat. in quarū vna paſ
torem ſe dixit ad ouem p̄ditam redu
cendam adueniſſe. Nota hic et atten
de quomodo frequenter ſequebatur
chriſtū multitudo maxima non nunq̄
quatuor milia vel quinqꝫ milia etiam
vſqꝫ ad heremū. Sequē et tu et eſto
circa ihesum vt verba eius audias. fa
ciem chriſti et apoſtolorum inſpicias
et colloquia et miracula videas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Volens autem hoſtiam offerre ꝓpter quā venerat vt ſe agnum veꝝ paſchalem oſtendēt· quinta die an̄te paſcha allatum a diſcipulis aſellum celi terre qꝫ dominꝰ aſcendit· magnoqꝫ triumpho et laudum p̄conijs pueris hebreorum clamantibus oſanna in excelſis iheruſalem ſan̄ctam ingreditur· Nota aſinacōnis regis chriſti humilitatē· quomodo ſedet quomō ōrnatus qualem habuit regiam familiam· Cerne iheſum iheruſalem cū appropinquaret et videret lacrimantem et deflentem magis autē animam peccatricem·

¶ De Cena domini· Ca·xxxi·

Cum aūt iam tp̄s paciēdi eius inſtaret ipſe q̄ ſuos ſemꝑ dilexerat vſqꝫ in finē dilexit eos· Siquidez tranſiturus ex hoc mūdo cenā fecit magnā

mirabilem plenam miſterijs et gratu
dam ſacramentis ad quam inuitauit
apoſtolos · Deſiderio inquit deſideraui
hoc paſcha manducare vobiſcum · In
qua cena multa mirabilia fecit · immo
mirabilium omniū ſuorum quoddam
memoriale et compendium inſtituit
dans eſcam timentibus ſe in memoriā
mirabilium ſuorum Hoc inquiens fa
cite in meā cōmemoracōnem Jeroꝰ ·
Hanc vltimā nobis memoriā reliqͥt ·
quēadmodū ſi quis peregre ꝓficiſcēs
aliquod pignus ei quem diligit relin
quat vt quocienſcumqꝫ viderit poſſit
eius beneficia et amicitias cōmemorari ·
quem ſi ille ꝑfecte dilexit ſine ingenti
deſiderio vel fletu illud videre non pt̄ ·
ideoqꝫ ſaluator hoc tradidit ſacramē
tum vt ſemper cōmemoremur quia
pro nobis mortuus eſt · Hoc igitur cū
accipimus a ſacerdotibus cōmemore

mur qꝛ corpus et ſanguis chriſti eſt.
vt non ſimus ingrati tantis beneficijs
Sunt autem in hac cena multa tibi
omni deuocōne et reuerēcia reuoluē
da omniqꝫ pietate colenda Meditaē
igitur quomodo in hac cena ipſe dn̄s
magnus et laudabiľ nimis pedes diſ
cipulorum et ſui traditoris lauit incli
nans ſe vſqꝫ ad terraꝫ et precingens
ſe lintheo vt nos inſtrueret ſue humi
litatis exemplo . Cogita modum quō
chriſtus in hac lotione ſe habuit exte
rius et interius qꝛ exterius humilime
et diligentiſſime lauit. Interius ſūma
humilitate et deuocōne opus ſuū ꝑfe
cit. Reſpice pijſſimum magiſtrum et
dn̄m ſedentem ad menſam vnā et co
medentem ex ſcutella vna cū diſcipuľ
Cogita quā habundanter chriſtus in
hac cena refecit diſcipulorum corda
infundens doctrinarū fluenta. Deniqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ſermonē ipſis fecit ſingulis ꝟbis igni
tis quaſi amoris facibus ſcintillantem
quē iohannes euangeliſta ceteris acu
tius videns et altius volans ſolus copi
oſe deſcripſit. Cogita qualiter agnū
tipicum comedit et tibi quomodo verꝫ
agnum et eucariſtie ſacramentū mā
ducare debeas figurauit. Sed ſup
hec omnia mentalibus oculis et deuo
tiſſimis deſiderijs ſemper recogitare
et ad cor tuum reducere debes ipſum
excellentiſſimū ſacramentorum qđ ibi
inſtituit. Mirare chriſti largiſſimam
munificenciam et huius ſacramenti ꝓ
fundiſſimam dignitatē. At dum huiꝰ
digniſſimi ſacramēti facis memoriam
in mentem tibi veniant omnia q̄ xp̄s
ꝓ te geſſit in carne. Hoc enim eſt qđ
ait. Hec quocienſcūqꝫ feceritis in mei
memoriam facite eorum ſcilicet q̄ pro
te geſſi in carne. ꝙ ꝓpter te homo ſū

Factus ꝓpter te amariſſime et multa
paſſus · ꝓpter te tandem crucifixus ·
Verum quia tibi per tot arduas et
difficiles aſcenſiones gradienti adhuc
multa reſtat via et magnus aſcēſus
hic cibus eſt ſumme neceſſarius in hac
via qua gradiaris · Vnde et nomen
ſumpſit vt viaticum appelletur Bern̄
dus · Corpus chriſti egrotis eſt medi
cina · peregrinantibus dieta · debiles
confortat · valentes delectat · languo
rem ſanat · ſanitatē ſeruat · fit homo
manſuetior ad correpcōnem paciētior
ad laborem ardentior ad amorem ſa
gacior ad cautelam ad obediendum
promptior · ad graciarum actionem
deuotior · Ideo neceſſe eſt tibi vt fre
quent̄ te ad ſacram huius ſacramēti
prepares cōmunionem. Nam ſicut hic
cibus bene et digne ſuſceptus mag
nam et multam cōfert anime graciā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ita male diſpoſitis maiorem infert cul
pam et mortem nō ſui culpa ſed vicio
recipientis . Sunt em̄ frequent̄ effec
tus ſacramentoꝝ ſcd̄m diſpoſicōem
accipientium vt ad bonū vel ad malū
cooperentur Vt autem ipſum digne
poſſis ſuſcipere in tribus te debes ex
ercere ad huius ſacramenti dignam
ſuſcepcōnem requiſitis . q̄ ſunt corpo
ralis mundicia . puritas conſciencie .
et deuocio actualis . Corporalis mun
dicia . interdum eſt de congruo . inter
dum vero eſt neceſſario req̄ſita ſcd̄m
ꝙ corporalis immundicia eſt diuerſa.
et ſcd̄m ꝙ habet variā cauſam et ori
ginem . Puritas autem conſciencie
ipſa eſt tibi precipue et an̄ omnia ne
ceſſaria Ideoq̄ ante reuerendi huius
ſacramenti ſumptionē maxime debes
teipſum ſcd̄m primā et ſcd̄am exami
nationem diſcutere modo ſuperius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

poſito et ſic ad contricōnem exercere
et ad cōpunctionem inflāmare vt ſcꝫ
doleas de peccatis cōmiſſis corde ore ꝛ
opē. et inſup de hys q̄ facere omiſiſti.
Ac deinde eo mō quo dictū eſt accede
confeſſorem et confitere peccata tua
precipue grauiora ſed et poteris confi
teri peccata tua notabilia cōmunia ꝛ
ignorata. Tercio debes te exercere ad
actualē deuotionem q̄ videt̄ in duob⁹
conſiſtere vt ad ſumpcōnem huius ſa
cramenti ſcꝫ timorem et reuerenciam
habeas .atqꝫ inſup actuali amore vni
oīs ad chriſtū et deſiderio mouearis
Igitur tibi timor inducat reuerenciaꝫ
adducens internis obtutibus huius ſa
cramenti ꝓfundiſſimā dignitatem et
digniſſimā et metuendam ꝓfunditatē
Itaqꝫ vt reuerenciā huius ſacramēti
et dignitatem intelligas et nō inſenſi
bilis ſine timore accedas diligēter ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

uerte quis eſt quē ſumis quis ſis qui̅
ſumis. Sumis em̄ eum quē iohannes
baptiſta tangē tremeſcit. quē petrꝰ
apoſtoloꝝ princeps a ſe expulit p̄ for
midine ei nō audens ꝓpinquare dicēs
Exi a me domine q꜓ homo peccator ſū
Ipm quē ſumpturus accedis adorant
dn̄ationes. tremunt poteſtates. Ipſe
iſte quē ſumis erit iudex tuus et eius
tribunali iudicandus aſtabis Ipſe eſt
in cuius manus aīma tua hinc egreſſa
deueniet ab eo ꝓut meruit receptura
Vide igitur quāta reuerencia debeas
accedere. Attende q꜓ nihil tantū deum
offendit quantū temeritas p̄ſumptu
oſa et irreuerencia inuerecunda.
Cogita deinde tu quis es Certe homo
tepidus negligēs viciosus. Reduc ad
memoriam qualis ſis ex tribus exami
nacōnibus premiſſis. Cogita deinde
q꜓ q̄uis mille annis te preparaueris nul

latenus ſufficeres ad cōdignam ſacramenti huius ſumpcōnem etiam ſi oīm ſanctorꝝ meritis gauderes et angelorꝝ et hominū puritate floreres. Quomō igitur audes accedere ſine timore ſine reuerēcia qui vix ad modicum tēpus te in corde diſponis preparare. Time ne dicatur. Ecce tradentis manus mecum eſt in menſa. ſi videlicet ſecundū Bernardū ſuſceptum chriſtū tradis vicijs ſuperbie inuidie et ſic de ſingulꝭ Time indigne ſuſcipere ne iudicium tibi manduces et bibas. Non tamen ſit hic timor tantus vt deſiderium penitus excludat et deuocōnem tollat. Nam panis iſte ſcdm Auguſtinū q̄rit eſuriem hoīs interioris. Vnde neceſſe eſt te eciā habere deſiderium et amorem. Multis autem modis poteris deſiderium tuū inflāmare erga huiꝰ reuerendi ſacramenti ſumpcōnem.

Nonnunq̄ debet affectum tuū inflam mare amor vnionis christi vt christū ad te ſepius venientem mentis affectu et ītimo poſſis cordis tui deſiderio am plexari. Nonnunq̄ vero trahere deb3 affectū tuū ſanitatis interne deſideriū vt cum te vides cōcupiſcencijs et paſ ſionibus plenū et teipſum in te deficiē tem et perficere non valentem tamq̄ medicum pijſſimum ad te introducas dn̄m ihesum. cuius nomen dicitur Jhe ſus id ē ſaluator. Nonnunq̄ debet ac cendere deſiderium tuū conſciencia de lictorum. Cum em̄ ſentis te grauibus peccatis deum offendiſſe. atq3 legis christum hoc ſacramentum in remiſſi onem peccatorum inſtituiſſe non eſt mirum ſi ad ipſius inflāmaris ſuſcepti onem. Itē debet trahere affectū tuū amor et cōpaſſio p̄ximorum vt ſci3 p hanc hoſtiam poſſis ſuccurrere viuis

et defunctis et ſic de multis ſimilibus
¶ Pro maiori autē deſiderio tuo inflā
mando et exercitando potes diligentē
ex vita chriſti reuoluē quomodo ipſe
dolores et infirmitates oīm deſideran
tium adorantium. et in ſe credentium
tulit et infirmitates oīm ipſe portauit
Siquidez mulier accedens retro et hu
militer ſed et cum fiducia tangens ei⁹
fimbriā eſt ſanata. Peccatrix pedes
eius oſculans eſt mūdata Chananea
dum importune ſequitur exaudita ē.
Leproſi accedentes curati ſunt. Demo
niaci. paralitici et cuncta nature mon
ſtra dum accedunt et credunt ſalutē
conſequūtur. Nam virtus de illo exi
bat et ſanabat omnes. Publicani et
peccatores accedētes veniā ꝓmerenē
nec eorum cōuiuiū deſpexit. Igit̄ cū
feceris qd in te eſt cū reuerentia et ti
more cum deſiderio pariter et amore

h iii

accede ſperans de infinita dei pietate
Cum etiā ad huius ſacramenti ſumpti
onē diſpoſueris te debes te in memo
ria paſſionis dominice diligentius ex
ercere. Inter predictos autem duos
affectus timoris ſcilicet et amoris fluc
tuat mens et exercitiū deuotorum. et
aliqui quidem magis ad eius ſumpti
onem ardēti deſiderio anhelant et fre
quētius accedunt. Alij timore et reue
rencia huius ſacramenti territi atten
dentes ſacramēti dignitatem et ꝓpriā
vilitatē periculum qꝫ indigne ſumen
tium magis ſe retrahunt et pre formi
dine ab eius ſumpcōne ſē cupiūt elon
gari Verum vterqꝫ effectus recōmen
dandus eſt. et interdū ex deſiderio ac
cedere. interdū ex reuerencia dimittē
laudabile eſt ꝓ loco et tempore opor
tunis. et ſcdm Auguſtinum. vniuſcu
iuſqꝫ cōſciencie relinquendum eſt qđ

faciendū videtur. Vnū tamen oībus indubitanter ſecurū eſt vt ſcilicet nec ex reuerentia deſideriū et ſpem exclu damus nec rurſum ex ſpe et deſiderio relinquamus reuerenciā et timorem. ſed inter vtrumq affectū medii fluc tuemus aliqn̄ plus de vno habentes aliqn̄ plus de alio. Ait enī btūs Gre gorius Nihil enī nobis ſecurius q̄ ſub ſpe ſemp timere. Affectus tn̄ amoris abſolute loquēdo excellit. Sed qđ ab ſolute eſt melius in caſu fit et eſt mul tis periculoſius magis q timendum.

¶ De paſſione dn̄ica et de tribus in quibus homo debet ſe exercere circa paſſionem xp̄i. Capl'. xxxij.

Vadam ad montem mirre. Et tu homo deuote ſi montem mirre. id ē amaritudinē penitencie p carnis mortificacōnem vis arripere atq p ti morē et ſpem ad montē ⁊ aſcenſionē

puritatis vis aſcendere · nihil tibi vti
lius quã vt non nunq̃ mirram primã
de morte ſaluatoris tui ſtudeas colli
gere Inde eñ tibi mirra amara timo
ris p̃ſeruans a putrefactione vicioſe
delectationis dum vides dñm tuum
aſcendiſſe montem mirre id ẽ montẽ
caluarie vel magnitudinem pene ꝓpt̃
peccata tua ſuſtinuiſſe Inde tibi non
nunq̃ econtra ſpes et deuotio et vn
guenta precio ſiſſima timoris amoris
gratitudinis cõpaſſionis et huiuſmõi
emanabunt · Igitur vt te labor nõ ter
reat amaritudo non deiciat ſpes tra
hat · deuocio alliciat · gratitudo amor
et cõpunctio cogant aſcendere mon
tem puritatis prius vade ſpeculando
ad xp̄m qui non incõgrue poteſt dici
mons mirre ꝓpter amaritudinem paſ
cas acerrime · Debes autẽ primo ad ip
ſum ire · deuote paſſionem ſuam velut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

mirram primam viuaciter colligendo
et cordi tuo imprimēdo. Et hoc fit dū
chriſti paſſionē circūſpecte moroſe et
deuote ruminas. diligent̄ ad litteraꝫ
ſeu ſcd̄m ſenſum verborū ſpeculando
Scd̄o debes ad chriſti paſſionē tamq̄
mirram ire et inde aliqua ad tuaꝫ vti
litatem trahere ſiue medicinā contra
vulnera paſſionū ſiue exēpla virtutū
Tercio debes ad ipſum ire et ex illa
mirra prima mentem tuam ad deuoci
onem pungere et amorem inflāmare
et teipſum ꝓmptum efficere ad oīm
tolerantiam tribulacōnum. Vt autē
chriſti paſſionem ad litteram deuote
relegere valeas et circumſpecte diri
gere ſcire debes ꝙ tal' meditatio paſ
ſionis dn̄ice ſimpliciter ad litterā. id ē
ſimpliciter facta et geſta et penalita
tes chriſti in paſſione cōſiderare max
ime inducit cōpaſſionem et deuocōeꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ad chriſtum ex cõpaſſione. Vt autẽ melius ꝯpaſſionem et deuocõnem ex huiuſmodi meditacõe elicias. debes ſũmope hoc qđ ꝑus dictũ eſt attendẽ vt ſemꝑ xp̄m quo lucidi⁹ poteris vnã ꝑſonã ꝯcipias quẽ deũ et hominẽ eſſe et fuiſſe non dubites. Cum igiť legis xp̄m talem penã ſuſtinuiſſe vel ſic et ſic reſpondiſſe vel tacuiſſe. cogita ſꝑ et in cõceptu ſic forma vt nomen Jheſus tibi deum et hominẽ repſentet et ſic xp̄m deuocius et maiori reuerencia aſpias multoqꝫ amplius cõpatieris. Si eñ humano affectu bruto animali compateris intenſe afflicto. quanto magis cõpatereris chriſto ſi eum nõ ſolum vt hominẽ pijſſimum dulciſſimũ mitiſſimũ nobiliſſimũ amantiſſimũ gra ciosum et decorũ in cõceptu aſſumẽs. verum inſuꝑ vt deum omnipotẽtem metuendum, reuerendum. adorandũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

treatorem et iudicē tuum mentis tue
oculis repſentares. Secundo vt xp̄o
amplius compatiaris et penalitates
eius medullitus animā tuam gladio
doloris tranſuerberent debes xp̄m in
q̄uis pena cōſtitutum nō ſolum reſpi
cere quaſi exterius ſūmo dolore afflic
tum. ſed etiā ſūmopere eum diligen
tiſſime interius cernē omni dolore re
pletū et abſinthio vniuerſe amaritu
dinis inebriatū. Primo igit̄ quocies
legis aliq̄ penalitatē vel aliqđ obpro
briū christo illatum. non per illud ita
accipias christū paſſum et ſuſtinuiſſe
ſicut ſi alius aliquis homo per eandez
penā ſuſtinuiſſet. ſed indiabiliter alit̄
et āplius vltra omnē hominē. Cuius
cauſas debes in corde diligenter col
ligere q̄m ſunt multū ad cōpaſſionez
motiue. Igitur notū eſt tantū p̄ſciſe
vnūquēq3 aliq̄ pena ſenſibili torqueri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

et affligi quãtoplus aliquis ſenſuum
illam penam tamq̄ ſibi incõuenientẽ
ſentit Sed et iterum non eſt dubium
ſenſus alicuius hominis tantoplus et
citius penam ſentire et ex eadẽ torq̄ri
quãto ſenſus illius hominis fuerint vi
uacõres Xp̄s autem natura viuaciſſi
mus et cõplexionis dignitate nobiliſ
ſimus extitit ideo maximam ſuſtinuit
penalitatẽ vltra quẽuis aliũ hominẽ·
Vide ergo ſi eſt aliquis dolor ſimilis
ſicut dolor eius Cogita ergo ſi tibi vel
alteri tenero homini ĩtolerabilis eſſꝫ
pena caput ſpinis pforari· totum cor
pus acerrime flagellari ⁊c̄ quãtoma
gis iheſu chriſto homĩ et deo fuit illa
pena grauiſſima in natura ſua nobili
et delicata· Scđo chriſtus paciebatur
tantũ quantũ voluit Nam ſcđm euan
geliſtam iheſus turbauit ſeipſum non
paſſio ſed ipſe ſeipſum Item oblatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

eſt qꝛ voluit. Sed qꝛ chriſtus paſſionē
ſuam aſſumpſit pro ſatiſfactione origi
nalis criminis qđ tantum fuit vt totū
genus humanū iuſticia originali ſp oli
aret et ipſam naturaꝫ inficeret et etē
na beatitudine ſpoliaret. et itē aſſūp
ſit paſſionem et mortem vt ipſe eſſet
hoſtia ſufficiēs ꝓ omnibus hominibꝰ.
et quia dei ꝑfecta ſunt opera. videtꝛ
omnino ꝙ chriſtus aſſumpſit morteꝫ
amariſſimaꝫ. Vnde Jeremias. O vos
omnes qui tranſitis ꝑ viam videte ſi
eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. acſi
dicēt nequaꝗ̄. immo dicūt doctores
ꝙ dolor eius et paſſio fuit adeo acer
biſſimus et afflictiuus ꝙ excederet do
lores omniū hominū quos ab inicio ſe
culi paſſi ſunt vel paſſuri. Preterea
tercio nō modicum auxit chriſti dolo
rem ꝙ hanc paſſionem a tali populo
ſuſtinuit cui tot beneficia cōtulit. cui

merito dicere potuit. Popule meus quid
ego deus tuus quid pro te facere potui
et non feci. tu vero quid michi peius
rependere poſſes quā quod acerrimā mor
tē inflixiſti. Vnde propterea cōpatiens
huic periculo orabat. Si poſſibile eſt tran
ſeat a me calix iſte. id eſt ab hoc periculo
infligendus vt quidā ſancti voluerūt
Sed et paſſio xpi fuit in omni mēbro
in omi ſenſu Manus graciose perforate
Caput ſpinatum. totū corpus flagella
tum etc. ſicut potes per ſingula currens
ſtudioſius perſcrutari. Item eius paſſio
fuit obprobrioſiſſima deriſione confu
ſione ſcandalo ſputacōne. capitis vela
cōne pleniſſima vt nunquam ſimile legiſti.
et hoc ex maxima inuidia phariſeorum

Item vt melius amaritudinē paſſio
nis chriſti ſencias hoc habe pro regula
vt quociēs euāgeliſta ponit abſolute
aliquam penā chriſto inflictam. adde

tu in corde valde vel maxime vel ſeue
riſſime ⁊c̄. vt verbi gracia. Percuſſit
eum ſeruus pontificis cogita tu valde
grauiter ſicut dubiū non eſt. quāuis
certū gradū percuſſionis vel afflictio
nis ſcire nō poteris. Aduerte nunc
eciā et diligenter in corde colloca cau
ſas afflictionū et dolorum internoꝝ
chriſti q̄ forſitan ſenſibilem penā pre
cellebant. Hec autē interior afflictio
ſurgebat primo ex feruido zelo xp̄i ꝓ
humano genere ſaluando. Pro quo
tamen ad maiorem partē paſſionem
ſuā videbat infructuoſam et inutilē
licet ꝓ omnibus eſſet ſufficiens et ſup
habundans non autē efficiens ꝓpter
maliciā multorum. Item habuit max
imam compaſſionem cum ſua matre
benedicta omnibus amaritudinibus
repleta. Item grauabatur interior
pena chriſti ex miſeratione iudeoꝝ.

Jtez ex dolore diſcipuloꝝ et peccato
precipue iude · Jtē ex noſtra cecitate
et ingratitudine p q̄ et fleuit ſup ihe
ruſalem dicens · Si cognouiſſes et tu
ꝛc̄ · Ecce nunc pio oculo reſpice xp̄m
in paſſione ſua conſtitutū. Lege eius
paſſionem et reſpice eum non ſolum
exterius afflictū · ſed interius exteri9
qꝫ totum doloroſum totum afflictum
et amariſſimis doloribus repletum ·
Et valde mirandū eſt ſi ita reſpicias
deum et hominez afflictum et tantis
tribulationibus circumdatum et non
mouetis affectuoſa compaſſione · De
ſcdo autē quomodo tibi vtiliter paſ
ſionē chriſti aſſumere debes ad fruc
tum et vtilitatem ad imitacōnem ſcꝫ
virtutū vel fugam viciorū debes ſum
mo conamine ad hoc affectū et intel
lectum tuum dirigere vt in omnib9
geſtis verbis et reſponſionibus xp̄i q̄

in hiſtoria legis paſſionis dn̄ice ſentire
poſſis quomodo chriſtus ſe habuit in
terius et exterius . quomodo iudei pi
latus et herodes . maria mater domi
maria magdalena ꝑ loco et tempore
ſe habuerunt interius et exterius Et
ſic inuenies in chriſto paſſo omnium
virtutū copiam et cōtra omnia vicia
ſumma medicamina Verbi gracia . cū
legis Stetit iheſus corā poncio pilato
preſide Cogita primo modū ſtacōnis
quomodo chriſtus ſe habuit exteriꝰ .
quia inclinato capite oculis in terraꝫ
demiſſis et ſic de alijs moribus humili
bus . Similiter cogita de reſponſione
eius et de modo proferendi verba q̄
humiliter q̄ leuiter et pie protulit .
Cogita de modo quomodo ſe habuit
interius in hijs omnibus et inuenies
eum abſqꝫ rancore abſqꝫ īuidia abſqꝫ
impaciencia humilem et mitem corde .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Sic cogita de modo quomõ ſe habue
runt iudei exterius quia horribilit̃ et
pu͛erſe magnis clamoribus et duriſſi
mis vocibus eum accuſantes. claman
tes. Reus ẽ mortis Crucifige crucifige
eum. Si non eſſet hic malefactor non
tradidiſſemus eum tibi ⁊ ſic de ſingul̃.
Cogita de modo quomõ ſe interiꝰ ha
buerunt. et inuenies ꝙ ex inuidia ſtri
debant ſup eum dentibus ſuis et mo
uebantur contra eum ex magna inui
dia et iracundia. Sic cogita de bea
tiſſima virgine maria et magdalena.
quomõ ſe habuerunt in moribus exte
rioribus ꝙꝛ doloroſe nõ tamen inordi
nate et incõpoſite maxie dei genitrix
q̃ nec vnq̃ venialiter peccauit p aliq̃
deordinacõnem. Cogita modum quõ
ſe interius habuerũt et inuenies max
imũ dolorem et ſummã triſticiã. Et ſi
iſta bene tractaueris inuenies in xp̃o

omniū virtutū ſummā et cōpaciendi
materiā et debita medicamīa viciorꝝ
Tercio quō ex mirra paſſiōis dn̄ice
poſſis mentē tuā tamq̄ƺ pingui deuoci
one ex adipe inungere et ad caritatē
affectum tuū inflammare debes cogi
tare q̄ꝛ tu homo es cauſa tāti doloris
tante amaritudīs. Itaqƺ vt ſupͣdictū
eſt attrahe tibi hoc beneficiū q̄ſi ꝑ te
paſſus ſit ſolum chriſtus. et inde gra
titudo oritur tibi. Nam paſſus eſt ꝓpt
tuam illnminacōnem. redempcōnem
iuſtificacōnem et glorificacōnez. ꝓpt
tuam illuminationē vt ſeq̄reris exem
plum eius et intellectus tuus illumina
retur in cognicōne veritatis Igiꝛ oīa
q̄ legis xp̄m feciſſe. attrahe tibi q̄ſi ꝓpt
te ſolum facta. et cogita ſemꝑ quaſi
xp̄us dicat tibi. hoc feci vt ſeq̄ris me.
ꝓpter tuā redempcōnez q̄ꝛ ꝓpt pecca
tum originale eras ꝑpetue damnat⁹

Cogita ergo quã graue eſt peccatũ
tuum ꝑpter qđ expiandum tantũ exi
gitur medicamentũ tantũ precium.
et inde tibi naſcit̃ timor et horror pec
candi ⁊ c̃ijs. ꝑpter tuã iuſtificacõem
Inde gratitudo oritur ꝙ tantũ voluit
pati vt tu dignus poſſes haberi iuſti
ficacõne dei. ꝑpter tuã glorificacõem
et inde maxie tibi exurget amor ꝙ ille
qui te non indiguit nec bonoꝝ tuoꝝ
eget ꝑpter tuam gloriã tanta voluit
ſuſtinere. Sed q2 homo hunc montez
mirre id ẽ magnitudinẽ amaritudis
non potes ſimul in corde colligere vel
apprehendere ſed neceſſe eſt vt ſucceſ
ſiue per exercitium recolligas et conti
nue in corde reponas Ideo pro faciliori
tuo exercitio paſſionẽ chriſti ſub bre
uibus pticulis hic ex euangelio collec
tis anneximus ꝓ lucro meditacõnum
et ãnimiculo exercitiorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

¶ Paſſio chriſti breuiter tacta et pti
culis diuiſa. Particula prima.
Capl. xxxiij.

IGitur celebrata illa ſolemni et
regali cena chriſtus de9 et homo
ſurrexit atq̃ cū diſcipul̄ cepit ad mor
tem inimicis obuiam pperare Verum
eundo dulci colloq̄o diſcipulos de ſua
paſſione inſtruxit et p̄muniuit dicēs
q̄ pcuſſo paſtore diſpergende eſſent
oues gregis Petrum p̄muniuit et q̄
eum negaturus eſſet predixit. Hec
ad litteralem ſenſum et deuotā medi
tacōnem trahens ante omnia cū reue
rencia et pia dulcedine recole pſonā
chriſti deum ſimul et hominē. et ita q̄
dicit et loquitur diligenter cū reuerē
cia et āmiracōne et pietate auſculta.
Deinde ad tuam vtilitatem et morum
informationem diligenter cōſidera q̄
dulciter verba ptulit. quā benigne ſc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

habuit quā dulci colloquio āmonuit.
Conſidera etiā q̄ꝫ fuit ab intra doloro
ſus et de morte īminente ↄtriſtat⁹ ac̄
Deinde cogita tercio q̄ꝫ ꝑ tua redemp
cōne iam incipit ire ad mortē et ꝑ te
immolari et cōpungere ad deuocōez
et lacrimas. Et hec et hys ſimilia per
tracta vbicūqꝫ tibi cōuenit ſcd̄m tria
prius dicta ne ſit opus amodo iterare
Deinde relictis alys diſcipulis et aſ
ſumptis dūtaxat trib⁹ principalioꝛib⁹
ad ipſos colloquendo ait. Triſtis eſt
anima mea vſqꝫ ad mortē Sed et illis
relictis ſolus iuit in montē oꝛare vbi
poſt terciā oꝛacōnem tantus ei et tā
immēſus factus eſt hoꝛroꝛ et timoꝛ vt
p̄ magnitudine hoꝛroꝛis ſanguinem ſuū
daret in terrā defluentez. qd̄ de nullo
vnq̄ꝫ homine quātumlibet afflicto le
git̄ Et ecce angelus dn̄m ſuū cōfoꝛtat
Procedens autē promptiſſime licet

mirabiliter penā horreret inimicis ſuis
obuiat et verbo vnico in terrā pſter
nit· A iuda pacientiſſimꝰ dñs oſculum
ſuſcipit· Deinde crudeliter a iudeis ca
pitur vinatur et trahitur· Tunc oēs
diſcipuli relicto eo fugerūt ·Ipſe aūt
ad domū anne ṗmo ducitur vbi gra
uiter in maxillam a ſeruo neqꝑ pcutit̃.

Et ſi volueris poteris te hic diligen
tius exercere cōſiderando quis ſit iſte
qui ita obprobrioſe trahitur et ducit̃
et cogita vt prius ꝙ homo benigniſſi
mus mitiſſimus manſuetiſſimus ⁊c̃·
Sed et ſcd̄m deitatem cogita quis ſit
iſte vt te ei ſubdas per racōnis aſſen
ſum· Crede igitur et cogita ipſum ve
raciter eſſe dei filium omniū principiū
ſaluatorem omniū et omniū retribu
torem · Et hec ſit pticula prima mirrā
dominice amaritudinis colligendi ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Particula ſcda. Ca.xxxiiij.

Trahitur autē in domū caypphe.
vbi ſcribe et ſacerdotes eum ex
ſpectabant Cogita quomodo chriſtū
trahebant qꝛ ꝑuerſe et dure. Cogita
quāta auiditate pharizei exſpectabāt
qꝛ inuidia pleni Cum autē a principe
adiuratus veritatez fuiſſet confeſſus
tamq̄ blaſphemus ꝑcutitur ictibus
grauib9 tamq̄ ſi ſibi falſe nomē ꝓphe
te vſurpaſſet. facie velata ꝑcutitur cō
ſpuitur et irridetur. et falſum teſtimo
niū contra eum queritur ſed cōueni
ens non inuenit A petro ceteris diſci
pulis forciore negat. chriſti tamen re
ſpectu āmonitus amariſſime deplorat
peccatum. Mane autē facto tamq̄
latro per plateam iudicii adducit adiu
dicandus morti. Videns autē iudas
q̄ ad mortē peteretur tantū in ſe do
luit q̄ tam dulcem magiſtrum ſuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

tradidit vt ſeipſum pre amaritudine et dolore laqueo ſuſpēderet · et retulit triginta argenteos cū quib9 emptus eſt ager iuxta ꝓphetiam Jeremie Deinde multis clamoribus · falſis accuſationibus · concurrente tota populi multitudine eſt corā pilato accuſat9 . Miſſus et duct9 ꝑ plateam ad herodē ab eo vt fatuus irridetur · Hic diligētiſſime cōſidera qualis eſt qui patitur et ei cōfigurare vt cōpatiaris innocētiſſimo mitiſſimo nobiliſſimo et amantiſſimo ·

Tercia particula · Ca · xxxv ·

Dstante autē ihesū humilime corā pilato preſide magnus tumult9 et clamor validus inualuit clamātib9 ipſis iudeis Crucifige crucifige Nos legem habem9 · et ſcđm legem noſtrā debet mori ⁊c̄ · Tunc pilatus chriſtū fecit duriſſime ꝑ totū corp9 flagellari

et in figura regis tamq̄ illicite ſe regē
nominaſſet multipliciter illudit̄ ac cla
mide induitur. Caput ſpinis coronat̄.
arundine grauiter verberat̄. Vt rex
genibus flexis irriſorie adoratur.
Hic homo diligēter attende modum
quo xp̄s ſe habuit. quō pilatus ſedēs
in throno tamq̄ dn̄s foret xp̄i dm̄ et
iudex eius Neſcis inquit q̄ poteſtatē
habeo dimittēdi te. Attende modum
quō iudei ſe habuerunt. Vide cauſam
cur xp̄s hec omnia ſuſtinuit niſi ꝓpter
te redimendum ⁊c̄. Iterant et multi
plicant clamores iudei. Si hunc dimit
tis nō es amicus ceſaris Crucifige cru
cifige ⁊c̄ Tunc pilatus timore ceſaris
victus tradidit xp̄m crucifigendum.
Exiens autē vt crucifigat̄ ipſe ſuū por
tat patibulum. Sequentibus ſe mulie
ribus ait. Nolite flere ſuper me ⁊c̄.
Conſidera autē hic quantus et quā

glorioſus rex celi et terre et dominꝰ
ſabaoth ſit iſte qui ſic illuditur regis
ſcemate vt ſic ad ip̄m poſſis egredi p̄
ãmirationis aſpectum Eſt em̄ immen
ſus poteſtate· ſpecioſitate· felicitate·
eternitate· Admirare igitur maieſta
tem annichilari· ſpecioſitatem deco
lorari· felicitatem tormẽtari · eterni
tatem mori·

Particula quarta· Ca·xxxvi·

Ductus in montem caluarie inci
piunt ſe lictores diſponẽ ad cru
cifigendum exuere chriſtum veſtibus
et ſic de ſingulis · Cogita tu diligen
tiſſime modum crucifixionis ·quia aut
crucẽm primo erexerunt et chriſtus
crucem deinde aſcendit· Et tunc vide
quomodo pendet p̄mo brachio vno
fixo et altero nõ et cogita chriſti paci
enciã et modũ quo ſe habuit· Aut c̃te
crucẽ ponẽtes p̄mo affixerũt et deinde

erexerunt.et tunc conſidera chriſtum
iacentem ſuper crucem manꝰ ꝓprias
extendentem et ita erigitur·Reſpice
deinde chriſtum in cruce lacrimantem
Sitit in cruce Orat pro crucifixioribus
Blaſphematur a pretereuntibꝰ a pha
riſeis et latrone· Titulus veriſſimꝰ et
indelebilis ſcribitᷣ Jheſus nazarenus
rex iudeoꝝ Stat virgo benedicta ma
ter chriſti glorioſa ſub cruce xp̄i dolo
ribus plena·q̄ vtiqꝫ tanto ampliorez
habuit dolorem quāto feruentiorem
amorem Tandē chriſtus matrē ſuam
iohanni cōmiſit ·fiunt deinde tenebre
ꝑ totum mundū Clamans ꝑinde heli
heli quanta ſua foret pena et ꝙ huma
nitas a diuinitate quodammodo fuit
deſerta deſignauit·Et hoc ꝓpterea ꝙ
nulla fuit redundancia virium ſuperi
orum quibus fruebatur ad vires infe
riores quibꝰ paciebatur Igitᷣ accepto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

aceto cum iam nil reſtaret agendū vel
implendum clamās voce magna ſpm̄
emiſit · innuens ꝙ q̄diu voluit vires
ſibi retinuit · et ꝙ nullus animā ſuam
a ſe tolleret niſi ipſe eam poneret Vn̄
precipue centurio ex hac voce motus
dicebat Vere filius dei erat iſte · Et h̄
conſidera quali forma chriſtus paſſus
eſt vt eum ſtudeas imitari Paſſus eſt
em̄ ſicut verus agnus · liberaliſſime re
ſpectu proximi · ſeueriſſime reſpectu
ſui · obedientiſſime reſpectu pr̄is · pru
dentiſſime reſpectu aduerſarij · Stude
igitur ad habendū habitum ſcd̄m ef
figiem imitacōnis chriſti ſciz benigni
tatis ſeueritatis humilitatis et perſpi
cuitatis ·

Particula quinta · Ca · xxxvij ·

OSſa latronū et crura confringū
tur chriſti autē os non minuitur
vt ꝯplexio integra ſeruetur · Latus

eius vnus militum aperuit vnde ſan
guis et aqua exiuit et ſacramenta ec
cleſie cõſecrauit · Velum templi ſcin
ditur · Sepulchra mortuoꝝ aperiunt
vt inde in die reſurrectionis cum xp̄o
reſurgerent · Hic conſidera quāta
ꝑ te paſſus eſt chriſtus et ex omnibꝫ
predictis montē mirre aſcende id eſt
totā paſſionē chriſti et amaritudinū
acerbitatem reuolue · Paſſus eſt enī
chriſtus iniuriam cõuicia ludibria ſup
plicia · Sic et tu chriſti paſſionem imi
tando amplectere ꝑ eo omnē paſſio
nem plenā iniurijs cõuicijs ludibrijs
et ſupplicijs ·

¶ Qualiter deuotus in ſuis aſcenſio
nibus paſſionem chriſti debet dirigē
vt p timorem aſcendat p ſpem profi
ciat · per caritatem deo inhereat et
intellectus illuminet̄ Cpl · xxxviij ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

SI vero plenius vis ſcirē quomō
paſſio chriſti generat dolorē et
ita ꝑficit in prima aſcenſione. quomō
timorem incutit et ita iuuat in primo
gradu ſcđe aſcēſionis. ſi vis ſcire quō
ſpem eleuat et caritatem auget intel
lectum illuſtrat et affectum informat
debes diligēter in chriſti paſſione et
morte inueſtigare et inquirere ſeptē
veritatis illuminacōnes quaꝝ ꝯgnitio
ante chriſti paſſionē admodum erat
occulta ſed in paſſione velū eſt ſciſſuꝫ
et veritas reſerata vt de hijs dici poſ
ſit illud Apoč. Aperta ſunt ſignacula
eius ſeptem. Si igiť vis te exercere
ad timorē ſi vis erigere ad ſpem. reſ
pice primū ſignaculum in xp̄i paſſione
reſeratū Eſt aūt ſignaculū hoc. Deus
ā mirabiľ. de quo ī paſſiōe oſtenſū ē ꝙ
ipſe ſit ſūma ſapiā q̃ tā prudēter diabo
lū decepit. nō āt p īfinitā potēciā ſuā

violenter oppreſſit. Scd̃o oſtenſum ē in paſſione ip̄ſe ſit ſumma iuſticia inquantū queſiuit redempcōis p̄ciū Tercio oſtenſum eſt ipſe ſit ſumma miſericordia in eo p̄ nobis tradidit filium ſuum vnigenitum Si ergo vis te exercere ad timorē. quid magis timendū q̄ deus eſt ſumma iuſticia qui elegit ſubire mortē pocius q̄ iuſticia ſua relinqueret peccatū originale inultum. Si iterum in chriſti paſſiōe vis te exercere ad timorem ſpem et caritatem diligenter lege apertū ſignaculum ſcd̃m qd̃ eſt Spiritus intelligibilis qui manifeſtatus eſt p̄ chriſti paſſionem eſſe maxime benignitatis et hoc quantum ad angelos qui dn̄m ſuum p̄miſerūt crucifigi. Scd̃o manifeſtatum eſt ſit eximie dignitatis. et hoc quantū ad homines p̄ quibus chriſtus fuit crucifixus. Tercio mani

feſtatū eſt ꝙ ſit maxime crudelitatis.
et hoc quantū ad demones qui eū cru
cifixerunt. Si igit̄ vis timorē incutere
cogita ꝙ aduerſarij tui tam ſunt cru
deles ꝙ nec chriſto dn̄o pepcerūt ſed
temptauerūt et crucifigi fecerūt Vtiqꝫ
non pcent tibi. hic temptando et in fu
turo ſi ꝓmerueris puniendo. Si vis
ſpem erigere cogita ꝙ illi ſpiritꝰ an
gelici tante ſint benignitatis libenter
orōnes tuas ad celum deferent et ꝓ te
domino ſupplicabūt. Si vis ad amorē
inflammari. cogita ꝙ chriſtus tanti te
reputauit tantūqꝫ amauit vt ꝓ te re
dimendo voluit crucifigi. Si incipias
aſcēdere a concupiſcencijs et delectat
te preſens ſeculum neqꝫ lege aptum
ſignaculum terciū qd̓ eſt mūdus iſte
ſenſibilis. Nam ipſe in morte chriſti ꝓ
bat̄ eſſe locus tenebrarū in quo regnat
cecitas. quia lucem veram nō cognouit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

In quo regnat ſterilitas. q̄ christum
infructuoſum reputauit. Impietas.
q̄ innocentem chriſtū cōdempnauit
Et ita huiuſmodi ſpeculacōne mens
tua auellitur ab amore mundi. Si
vero vis plenius cor̄ tuū forſitan infix
um oblectamentis mundi abſtrahere.
exerce te in paſſiōe chriſti. lege aptū
ſignaculum quartum qđ eſt infern9.
qui manifeſtat9 eſt eſſe ꝑ chriſti mor
tem plenus omni egeſtate vilitate et
pauptate. Quoniā ſi hec chriſtus paſ
ſus eſt ꝓpter peccati delecōem multo
magis damnati hec paciētur ꝓpter iuſ
tam operum retribucōnem. Item
ſi vis cōpunctionem ex timore conficē
de peccatis tuis vt ꝑ eam a ↄcupiſcen
cijs libereris. lege ſignaculū quintū
in paſſione reſeratum id ē reatum cul
pabilem. qui ex hoc mirabiliter ꝓbať
deo deteſtabilis q̄ ad ſui remiſſionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

indigeat tam̄ magno precio · tā gran di piaculo · tam difficili medicamento

Item ſi vis cor tuū ab amore mūdi aliquantulū ſepatum ſurſum p ſpem erigere · lege ſignaculum ſextū aptū · id ē paradiſum deſiderabilem · qui ex paſſione aperitur · et monſtratus eſt eſſe locus plenus glorie leticie et opu lencie · in eo q̄ christus ꝓpter eius re ſtitucōnem factus eſt vilis pauper et miſer · Itē ſi vis te accendē ad cordꝰ puritatē et ad exercitia virtutū · lege aptum ſignaculum ſeptimū qđ eſt vir tus laudabil̄ . et inuenies in morte xp̄i q̄ ſit virtus p̄ciosa ſpecioſa et fructu oſa · Precioſa · qr christus ante voluit pdere vitā temporalem q̄ cōtrariari virtuti · Specioſa · quia in cōtumelijs relucebat · Fructuoſa · qr vnus pfectꝰ actus virtutis infernū ſpoliauit · celū aperuit · pditum reſtaurauit ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

De reſurrectione dñica. Ca. xxxix.

TErcia aũt die chriſt9 victor mor
tis reſurrexit et nos reſurrectu
ros monſtrauit. Si igit͛ chriſto paſſo
fuiſti cõpaſſus nunc reſurgenti cõgau
de. Cogita deuote qualiter anima xp̄i
ad infernũ deſcendit. quid ibi egit et
de gaudio ſanctoꝝ patrum et triſticia
demonioꝝ. Cogita de timore cuſtodũ
Cogita de cuſtodia angeloꝝ c͛ca ſepul
crum quoꝝ nunc refertur vnus ſolus
ſedere. nunc ſtare. nunc ſup lapidem.
nunc in ſepulchro. nunc duo et hn̄ di
uerſimode. p qd̄ oſtendit͛ multitudo
angeloꝝ c͛ca ſepulchꝝ et varia viſita
tio mulierũ Cogita quō amor et deſide
riũ magdalenã et alias feĩas frequē
ter cogebat currere et ſepulchrũ dm̄
viſitare. Cogita de varijs chriſti appa
ricõibus. Cogita de dulcib9 eius col
loquijs cũ diſcipulis. Cogita cur xp̄s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

in galilea voluit apparere niſi vt tu de
beas de vicijs trāſmigrare Vn̄ paſcha
dicit̄ transitus · Sed et in galilea · id ē
tranſmigracōne et mutacōne corp̄m
noſtroꝝ id ē in regno celoꝝ chriſtum
videbim⁹ poſt gn̄alem reſurectionem

De glorioſa aſcenſione xp̄i · Ca · xl ·

POſt quadraginta dies reſurrec
tionis aſcendens xp̄s in altū cap
tiuam duxit captiuitatem ſanctoꝝ pa
trum Meditare de glorioſa ꝓceſſione
aſcendentiū cum chriſto · Nam ſancti
ſequebant̄ angeli veniētes obuiabāt·
et tūc inter ſe queſtiones illas forma
bant · de quib⁹ Iſayas · Quis eſt iſte
qui aſcendit ⁊c̄ · Cogita de triſticia
apoſtoloꝝ et gaudio · Cogita de ange
lis redeuntibus et apoſtolos cōſolanti
bus · Diſce et tu aſcendere ad chriſtū
ſed p aſcenſiones p̄us dictas vt relin
quas hic viciū · qꝛ nullū viciū aſcendit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

cũm ſaluatore vt dicit Auguſtin⁹.
¶ De miſſione ſancti ſpiritus.
Capl'. xli.
DEinde de celo domin⁹ in linguis igneis miſit ſpiritum ſanctum. Vide quomodo deinceps fuerunt apoſtoli confortati et in caritate fundati. Meditare cur ſpiritus ſanct⁹ in igne. cur in linguis et cur in vtriſqȝ ſimul. et cur in aliȷs creaturis apparuit et ſtude ꝓprietates talium rerũ in te habẽ. Cogita effect⁹ et dona ſancti ſpirit⁹ et multa ſimilia circa ſpiritus ſancti miſſionem.
¶ Nõ perfecte in hac vita nullum de premiſſis tribus gradibus poſſumus conſummare. Capl'. xlȷȷ.
ISTis tribus gradibus ad puritatem cordis et caritatem aſcendimus. In primo ſiquidem deum querimus ſed nõ inuenimus per feruidam

videlicet caritatem. In ſcdo circuieun
tes plateas celeſtis iheruſalez et in ta
bernaculo eius offerētes hoſtiā conſe
cracōnis magni deſiderij inuenīūt nos
vigiles qui cuſtodiunt ciuitatē. ſancti
angeli ſcilicet. quos p ſpem et deſide
rium contemplamur. Sed nec eſt ibi
quieſcendum ſed adhuc aſcendēdum
Paululum inquit cū ptranſiſſem eos
id ē. ad tercium gradum aſcendiſſem
inueni quē diligit anima mea. Itaqz
in primo mundi cōcupiſcencia deſerit.
In ſcdo mens ſuperius ſubleuat. In
tercio quieſcit in deo quieta. Nec tñ
putes qꝫ aliquē iſtorum graduū vſqz
ad ſummū vel pfectum in hac vita poſ
ſimus aſcendere. Nec em̄ in hac vita
poſſumꝰ oēs ↄcupiſcencias expurgaē
cū neqz ipſe paulus pficere inueīt id ē
pfectionē q̄ eſt in nō ↄcupiſcere ſcdm
Aug. Sz nec qꝫ diu viuimꝰ poſſuꝰ oēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

affectiones ſurſum leuare quin aliq̃d
remaneat in terra. Corpus qđ corrū
pitur aggrauat animā et deprimit ter
rena inhabitacio ſenſum multa cogi
tantē. Sꝫ multominꝰ poſſumꝰ tā puri
et idonei fieri vt poſſimus iugiter deo
adherere. Quoniā quā diu ſumus in
corpore peregrinamur a deo. Sed iſti
ſunt gradus et ꝓfectus quibꝰ noſtra
fragilitas aſcenſiones debet diſponē
et ſucceſſiue quantū poterit proficere
aſcendendo.

De tribus quibꝰ ſuſtentať et ꝓmo
uetur ſpiritualis aſcenſio. ſcꝫ lectione
meditacōne et orōne. Ca. xliii.

Verum qꝛ non eſt humane fragi
litatis cordis ſemp inſiſtere aſcē
ſionibus et ſpūalibus affectionibus et
exerciciis. et difficile eſt aſcēdenti nū
q̃ꝑ deſcendere niſi habeat in quo fati
gatꝰ requieſcat. niſi alibi ſecū habeat

quo ſuſtentet̃ in via Ideo ſicut ſupi⁹
deſignatis tribus deſcenſibus triplicē
poſuim⁹ diſcuſſionem ꝑ ipſoꝝ deſcen
ſuum pleniori habenda noticia Ita iā
erecta ſcala aſcēſionū tria aſſignem⁹
ſuſtentamēta in quibus requieſcere
valeas ſatigatus. quibus poſſis te reſi
cere deficientē in via · Sunt autē tria
iſta Lectio· meditatio. oracio · Hijs tri
bus innititur et pficitur omne ſpūale
exercitiū · Hec ſunt quodāmodo cib⁹
in via · Quoniā ſicut deus dedit corpi
panem vinum ⁊c̄ ad ſuſtentacōnem
ſuam ita p̄miſſa tria contulit deus aīe
in hac peregrinacōne ꝑ ſua refectiōe
vt dicit Auguſti⁹ · Lectio aūt magis
ptinet ad primū aſcenſionis gradum
qui in timore pficitur · Nā lectio ſcdm
hugonem ad incipiētes ptinet q̄ vtiqꝫ
in primo gradu a timore cōcipiunt et
parturiunt ſpiritū ſalutis · Meditatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

magis ſpectat ad ſcd̃m graduz id eſt
ꝓficientes qui iam lectionibus inſtruc
ti ſciunt ſecū in corde ſuo deambulaē.
Oracio vero ꝙuis ad omnes ſpectet
aſcenſus. precipue tamen et ꝓprie ip
ſis congruit qui in tercio aſcenſionis
gradu incipiunt deo adherere. Eſt em̄
oracio hominis deo adherentis affectio
et familiaris quedam et pia allocutio
Sed videamꝰ quomodo iſta tria nos
in aſcenſionibus premiſſis ꝓmouent
et adiuuant et ſuſtentant ſi debite di
rigantur et diſcrete aſſumantur.

¶ Qualiter ſacra lectio adiuuat et
ſuſtentat aſcendētes et qualiter ſit ad
ꝓfectum ſpiritualem ordinanda et di
rigenda. Capł. xliiij.

IGitur timore perculſus et cōpun
ctione depreſſus. affectu quoqꝫ
et deſiderio aſcendendi inflāmatus
lectionē tibi arripe ad tuū ꝓfectū. ita

videlicet vt te ſemp ad aſceñdendum admoneat ad ꝓficiendum hortetur . vt quicquid legis ad aſcẽſum puritatis et caritatis tibi proficiat . vel viam aſcenſus per ſancta opera et exercitia oſtẽdendo . vel affectum tuũ ad aſcendendum inflãmando . timorem incutiendo vel p ſpem ſubleuando . Itaqꝫ vt quidam ait Criſtiano philoſopho lectio ãmonicio debet eſſe non occupacio . Hoc autẽ facile fiet ſi ſcdm doctrinam Auguſtini iniciũ cũ volueris legẽ ſit timor dñi . ſi videlicꝫ timor intencõeꝫ et affectum tuum regulet vt non niſi ꝓfectum gras ſpũalem ad cordis puritatẽ . et ſicut ille ſcũs anthoni9 de quo refert gregorius in . iiij . dialogo . non queras ſcienciã verboꝝ ſed fletum cõpunctionis inquiras qtenus per hoc excitata mens tua inardeſcat et ima deſerens ad celeſtia bona tendat .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Sañe vt tibi lectio ꝓ ſpũali aſcenſu
ſit fructuoſa multa ſunt tibi attenden
da. videlicet quid legis · quãdo legis
quomodo legis .et ad quid legis ·
Quid legis · Non em̃ leges omnia q̃ꝫ
uis eciã vtilia eque ꝓficiunt aſcendẽti·
Vnde illaꝝ ſcripturaꝝ lectionib⁹ ma
gis debes incũbere q̃ tuũ affectũ ma
gis inflãmant ad ſpiritualem ꝓfectũ
et aſcenſum quã q̃ in rebus difficilib⁹
et curioſis illuminant intelliectum et
acuunt curioſitate; ſicut ſunt materie
diſputabiles · Lectio eciã difficilium
ſcripturaꝝ nõ reficit animũ teneriorẽ
ſed nõ nunq̃ꝫ frangit eius intentionẽ
Jllos autẽ libros precipue debes legẽ
qui vel inſtruunt te de moribus de ex
ſtirpacõne et natura vicioꝝ de exerci
cijs ꝟtutũ et ſpũali ꝓfectu · vel illos
qui in te augent deuotionem et inflã
mant affectum ad xp̃m et ad celeſtia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Et ſi interdum alios legeris q̄uis ex
cauſa ſtatim debes redire ad materi
as deuocōis. Quale enim habes cō
tinuū ſtudium in ſcṕturis talem tibi
formas affectum. tale ſentire. et talia
ſepe meditaris. Scd̄o debes attendē
quādo legis. Lectio em̄ vt ſit fructuo
ſa non debet eſſe ex abrupto et caſu
fortuito ſed tēpore et hoc fixo. Homo
p̄ncipue debet diligenter animū ex ſac̄
lectione reficere vt habeat vt in ſuis
exerciciis cum melius nō occurrit me
moria occupet᷑. Itaq̧ lectio nō nos re
tineat in ſe occupatos ſed vlterius di
rigat ad deuotas meditacōnes et ſpi
rituales orōnes. et ille ſua dulcedine
et affectōne dirigant vlterius in opꝰ
et ſeruent delectabiliter opantes.
Tercio debes attendere quō legis.
Sunt em̄ qui librū ex toto ante percur
runt anteq̄ͣ incipiant. Alii nunc vnū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

folium ſtudent in principio ſtatim de
inde aliud folium in medio vel in fine
et ſic caſualiter percurrunt · Faſtidiētis
autē ſtomachi vt quidā ait eſt multa
deguſtare q̄ vbi varia ſūt et diuerſa
inquinant nō alunt · Tu vero integrū
librū tibi elige qui ꝓpoſito cōueniat ·
mores informet · deuocōnem augeat ·
quez timore dn̄i vt dictū eſt p̄cedente
a principio vſqꝫ ad finem congrua de
uocōne et debita reuerēcia debes ſtu
dere. Quarto debes aduertere ad
q̄d vel ꝓpter q̄d legis · Et certe princi
palis intēcio tua ſicut in omnibꝰ exer
citijs debet eſſe puritas cordis nō va
nitas · nō tantum vt ſcias ſed multo
minus vt ſciaris ſed vt tibi ꝓficias et
alijs ꝑ tuo modulo · Debes igit̄ vt in
mediatius lectionē ad puritatē refē
ras ſemꝑ aliq̄d de lectione extrahere
q̄d tuo ꝓpoſito cōueniat. q̄d memoriā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

occupet. qꝺ te aꝺ ꝓficienꝺū āmoneat vt ſis animal munꝺū qꝺ ꝯſueuit rumi nare. Sꝫ et alios fruct⁹ potes in lectio ne querē vt ſcꝫ nūc legenꝺo. nunc orā ꝺo nūc opanꝺo exercitia varies. et te ꝺiū mētis ꝺeuites et ita te teneas ſta bilem. Stuꝺe ergo in oībus q̄ ꝯſueue ris exercē ꝺelectationē aliq̄ꝑ inuenire Delectatio em̄ ſeruat operantē in ope Time in oīb⁹ teꝺiū mentis. Et hic ꝺꝫ tibi eſſe vnus in omnib⁹ finis vt te ſer ues pſeuerantez ꝺelectabilit̄ in tuis opacōibus et exercicijs. Itē vt lecti onē immeꝺiate ꝺirigas aꝺ puritatez ſepi⁹ lectionē orō interrumpat vt ꝺe lectōne formes affectum et ꝺe affectu ſurgas aꝺ orōnem. Hec ꝺe lectione.

❧ De moꝺo meꝺitanꝺi. Ca. xlv.

MEꝺitatio vero ꝺicitur cum ea q̄ le giſti vel auꝺiſti ſtuꝺioſa rumina cōne in corꝺe tuo ꝺiligēter ꝑtractas

et per ea affectum tuū circa aliquod
certū inflāmas vel illuminas intellec
tum Itaqꝫ aſcendens et iam in ſpe ꝓ
ficiens frequēter in corde rumina ꝑci
pue q̄ te ad ꝑfectū iuuant puritatis q̄
timorem incutiunt vel augeant amorē
Vt aūt meditacōes tue tibi ſint fruc
tuoſe et vt faciliť aſſueſcas bonis me
ditacōibus duo debes diligēter cō
ſiderare. Primū eſt vt animo tuo de
quibuſdā vtilibus materijs ꝓuideas
quibus intentus ꝓficiat et fructuoſe
occupetur. Siquidez vt aiunt ſancti.
anima tua eſt ſicut mola quicquid ei
imponiť molit. ſi nil imponitur ſe cōſu
mit et vanis et ocioſis implicatur. Si
aūt nil certi vel determinati ad qđ vti
lioribus non occurrentibus recurras
tibi prefigas. neceſſe eſt te q̄buſlibet
rebus occurrentib9 aditū in te ꝓbere
Facile enī cor tuū q̄buſlibet occurren

tibus adheret ſi nõ intenſe alicui ſit af
fixum. Sed et ſi nõ habeas aliquid ad
qđ recurreris ſepe ꝓponis deuote me
ditari ⁊ anteq̃ occurrat vnde medite
ris perit ꝓpoſitum voluntas negligiť
et rurſum incidis ocioſa. Que autem
materie tibi ſint vtiliores ad meditan
dum et ꝓficiunt tibi ad aſcẽſum. ſupe
rius audiuiſti. Sunt enĩ memoria pec
catoꝝ tuoꝝ. meõria mortis extremi
iudicij penaꝝ infernaliũ. memoria ce
leſtis glorie beneficioꝝ dei et paſſiõis
dñice et ſi q̃ huiuſmodi. Has etiã me
ditacões ſcđm tp̃a poteris variare.
illas aſſumendo q̄ tẽpori congruũt et
ꝓ tẽpore deuocõni magis deſeruiunt.
vt tempore quo ꝑagitur vel recoliť in
eccleſia memoria dñice paſſionis. tu
te eccleſie cõforma meditationes tibi
formans amaritudinũ et paſſionum
xp̄i Sic facito et in alijs feſtiuitatibus

precipuis eccleſie. vt circa materiam
feſti verſetur tuū exercitiū iuxta conſi
lium beati bernōi . Scōm eſt ꝙ licꝫ
homo omni tpe. omni hora ꝑ ſua fra
gilitate niti debet vt animā ſuā reple
at ſanctis meditacōibus et ſpiritua
libus ac deuotis affectionibꝰ . conſilio
tamē beati Jeronimi debet ſibiipſi hō
aliquas horas deputare quibus ſingu
larius animā exerceat. ſcopendo quo
dāmodo ſpiritū et incalefaciendo ad
ſpirituale deſideriū. Ad hoc aūt ſcōm
Jeronimū maxime ꝯueniens eſt hora
matutina. Hac eñ hora homo magis
eſt ſobrius et ad ſpirituale exercitiuꝫ
melius diſpoſitus et nec dū inuolutꝰ
mundanis tumultibus . Hac igiṫ hora
homo debet precipue niti vt ſe excitet
in aliq̄ꝫ deuocōnem. quoniā frequenṫ
homo per totam diem in tali deſiderio
remanet ad quale ſe de mane excita

uit. Tunc igitur homo ſummo cona
mine ſtudeat aliquā deuocōnem a do
mino petere. vel p deuotū exercitium
ipſe ſtudeat in corde pducere deuotis
meditacōibus ſe exercendo et ſe pre
parando ad matutinas ſuas legēdas
vel decantandas . Similiter faciat de
veſpere antequaz vadat dormitum.
Tunc enī in horrore viſionis nocturne
quando ſolet ſopor ceteros homines
occupare ipſe diligentius ſtudeat ve
nas diuini ſuſurrij capere. orans dn̄m
poſt cotidianam examinacōnem quaz
tunc facturus eſt vt indulgeat q̄ ma
le egit . et gracias agat de hijs q̄ lau
dabiliter adimpleuit. Sed et contra
timorem nocturnum. tunc acrius per
affectus puros p oraciones deuotas
ſe armabit . Et ſi ſacram ſcripturam
tunc legeris ſit lectio tua precipue
de materia aliqua deuota et non de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

veteris teſtamenti hiſtoria. ſicut cõſu
lit beatus Benedictus . q̄ autē dictū
eſt de meditacõibus vt certis tpibꝰ
ſingularius exerceant id idem multū
expedit in omnibꝰ exerciciis vt ſcias
qñ vnūqđq ſis arrepturus et quādo
ad aliud te verſurus . vt habeas tpa
orandi tēpora legendi vt omnia fiant
ordinate Unde beatus Auguſtinus .
Optima eſt gubernatio vt omia ſuis
tēporibus diſtributa gerant ex ordiē
ne animū humanū turbulentis impli
cacõibus inuoluta ꝑturbent .

¶ De orõne et modo orādi. Ca. xlvi.

Oracõnem vero quocūq ꝑgis
vbicūq fueris . in domo in agro
ipam tecū ſume . ad ipſam ſemꝑ habe
refugium et recurſum . Debes aūt
circa orõnem q̄tuor attendere Primo
de affectu oracõis . qualem videlicet
orandi debes affectū induere et q̄lem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

modum orandi aſſumere. Scdo q̄les orōnes .breues an plixas debeas legē Tercio p quibus debeas orare. Qrto quomodo te habebis in oracōne et de attencōne mentis in orōne De pmo igit̄ ſcias qꝛ vigor orōnis et virtus ſur git ex affectu orātis. magis em̄ audit deus deſideriū cordis q̄ clamorē oris. Ideo ſemp affectū aliquē et deſideriū tibi aſſumes et indues ſcdm modum exerciciȷ vel meditacōnum quibus p tēpore occuparis. vt ſemp oracio tua pcedat de radice cordis non tantū ex labiȷs oris pcedat ſemp vel ex affectu timoris. meroris dilectionis āmiratio nis cōgratulacōnis ⁊c̄. Vnde breuit̄ vt modū habeas ſcdm predicta. Si te in pma examinacōne diſcuſſeris et in ueneris peccata tua multiplicata ſup numerū arene maris. forma in te af fectū huilitatis vel meroris et aſſume

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

pſonam ſerui qui dominū ſuum offen
dit et ex tali affectu forma oracōnem
dicens · Scdm multitudinē miſeratio
nū tuarum dele iniquitatem meam ·
Si in ſecūda et tercia examinacōne te
diſcutiens inueneris cor tuū repletū
malis cōcupiſcencijs et viciosis deſide
rijs forma iterum affectū humilitatis
et aſſume pſonam infirmi aduocātis
medicum et dic Sana domine animā
meam qꝛ peccaui tibi Jtez Non eſt ſa
nitas in carne mea a facie ire tue nō
eſt pax oſſibus meis · Quoniā iniq̄ta
tes mee ſupgreſſe ſunt caput meū ⁊c̄
Si te in ſcdo aſcenſu in timore p medi
tacōes mortis vel iudicij vel inferni ex
ercueris · aſſume affectum timoris et
aſſume pſonā rei aſtantis corā iudice
cum timore et tremore quaſi iam con
uictus · contra quē de iure pferenda
eſt ſentencia et dic · Noli me condem

nare Non in tres in iudicium cū ſeruo
tuo ⁊c̄ vel Domine ne in furore ⁊c̄.
Si aūt in ſpe te exerces p memoriam
regni celoꝝ. aſſume affectum amoris
et ora ex feruore cordis dicens Vnam
peciꝫ a domino hanc requirā vt inha
bitem in domo dñi. Iteꝫ queadmodū
deſiderat ſeruus ad fontes aquaꝝ ita
deſiderat anima mea ad te deus et ſic
de aliis affectionibus quos ex iſtis for
mare poteris et aſſumere debes ſicut
exercitiū tuū exigit et meditatio tua
requirit. De ſcdo debes ſcire ꝙ ali
quas formare debes orōes ꝓlixiores.
aliquas breues. Prolixiores dicimus
horas canonicas vel talia ſimilia ſcilicet
ad q̄ aliunde obligaris vel voluntarie
aſſumis. Et ante has oracōnes ſemꝑ
debes facere qd̄ āmonet propheta di
cens. Scopebam ſpiritum meum ⁊c̄
donec incaleſcat ſpūs tuus ex deuota

artatus deſiderio diſſoluēdi et eſſe cū
chriſto. Et hic eſt tercius gradus cari
tatis dei q̄ accidia ſuperat^z . Triſticia
aūt mala eſt duplex. Dicitur em̄ qn̄qꝫ
triſticia gn̄aliter ꝓut eſt circa omnē
paſſionem et tūc valde difficulter cō
prehendit^z eius origo . Alio modo eſt
quidam torpor et grauitas tediosa in
ſpūalibus . et tunc poteſt cōprehendi
ſub accidia. et cōtra eam aſcenditur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

per gradus caritatis dei. Nam actus caritatis eſt gaudiũ. Remediũ contra triſticiaꝫ ſi eſt ex deſperacõne memoria benignitatis et miſericordie dei et intuitus beneficioꝝ eius. Itẽ ꝙ hõ ſit libẽter in bona ſocietate vbi de deo loquũtur vel materia ſpirituali. Iteꝫ illud Iacob. Triſtatᷣ aliquis in vobis oret equo aĩmo et pſallat. De bona triſticia ſatis patet ex dictis de cõpunctione.

¶ Aſcenſiones cõtra vanam gloriam extinguendam. Ca. lxij.

Contra vanam gloriam nulla virtus eſt contraria. ideoqꝫ p nullã virtutẽ poſſum9 contra eam aſcendẽ vel gradus ad deuincendum ordinare Ipſa em̃ magis ex virtutib9 generatᷣ ex bonis operibus roboratur. Ipſa em̃ ꝓmo pulſat in carnalibus. in veſtib9 in parentibus. in dignitatibus ⁊c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Et quē hoc mō ſuperare non potuerit per humilitatez ſupplantat. Quocūqꝫ pieceris hunc tribulum ſemꝑ ſtat acu leo recto. quicquid feceris quicquid egeris ipſe ſe immiſcet et cor tuū ad vane gloriandū inſtigat Filie vane glorie ſunt ſeptem. ſcꝫ inobedientia. cōtricio. iactancia. ipocriſis. ꝑtinacia diſcordia. nouoꝝ ꝑſumptio ſeu inuen tio. Itaqꝫ et ſi nō habem⁹ aliq̄d ſpecia lem v̄tutē qua vanā gloriā debellare poſſimus. aſcenſiones tamen maxime contra eam ſunt neceſſarie Sit igit̄ ꝑmus gradus et aſcenſus cōtra eā vt homo diligent̄ et ſūmo conamine ſtu deat ne aliq̄d glorie vane intencōne incipiat. vt cuſtodiat os ne loquatur vnde laudem acquirat precipue tali intencōne et precogitacōne. Similīt caueat talia opera agere vnde ſingu lariter poſſit laudari vel apparere ⁊c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Iſtum aūt gradum faciliter aſcendit ſi ſtudioſe in corde ruminauerit ꝙ q̄c quid tali intencōne inceperit et ꝑege rit ꝙ nō ſolum nullū premiū recipiet ſed et penam magnā habebit. Vnde diligenter recogitet illud Amen dico vobis receperunt mercedē ſuam. Sed et illud. p̄s. Quoniā deus diſſipauit oſſa eoꝝ qui hominibꝰ placent confuſi ſunt quoniā deus ſpreuit eos Item ſi adhuc hominibus placerē xp̄i ſeruus nō eſſem. Scd̄s aſcenſus eſt ꝙ ſicut homo cauet ne bona ſua agat vt vide atur vel appareat hominibꝰ ita ſūmo ſtudio caueat ne ſe vana gloria in me dio adiungat et ſacrificiū maculet. et ꝙ homo ſemꝑ ſtudeat illa āplecti ī quibus deprimi vel vilipendi poſſit ⁊ abiciat omnia illa in q̄bus poſſit oriri gloria et honor. Sed et ipſa vana glā vt ab hoc aſcenſu deceptorie trahat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

frequenter nō violenter ſed fraudu
lenter hominē deiciat id ē aliquādo ſug
gerit aliqđ magnū arripiendum non
intencōne glē ſed zelo dei Verbi grā.
Suſcipe officiū predicationis. preſbi
teratus vel diaconatus ordinē vt poſ
ſit dn̄o animas lucrari et alijs formā
prebere vite exemplaris ſed eſt appe
titus vanus et repellend9. Nā eoipſo
homo ad talia indignus efficiatur ſi ex
appetitu ad talia afficiat̄. Vnde beat9
Gregori9. Sicut is qui inuitatus ren
nuit queſitus refugit eſt ſacris altari
bus admouēdus ſic qui vltro ambit
vel īportune ſe ingerit eſt pculdubio
remouend9. Vide notabile exemplū
de quodaz. hoc morbo decepto in. xi. li
bro de inſtitutis cenobioꝝ caſſiani.
Tercius aſcenſus eſt altus et non
multi ad eum aſcendunt. Eſt autē. qn̄
homo vanitate iam ſufflata et deiecta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

adeo diligit abiectionem et deſpectū mundi vt nō nunꝗ̄ coram multitudi ne aliqua faciat vel agat q̄ ſunt ad ig nominia miſerabiliter cōſummantia examore abiectionis et appetitu igno minie.

De deſcenſionib⁹ contra ſupbiam debellandam Ca. lxiij.

Nunc vltimo ad thronū vbi ſup bia ſibi ſedem collocauit neceſſe eſt aſcenſiones diſponere et inde ipſā ſuperbiam viciorum reginam ad mo dum iezabel regine deorſum precipita re Oportet aūt contra eam aſcendere per gradus humilitatis. Quoꝝ prim⁹ eſt ꝙ homo inveritate cognoſcat ſeip ſum eſſe infirmum. inopem boni vicio ſum et ſi quos alios habet defectus et non eleuet ſe ſuper ſe. Nō ſi interdū temptacōne victus fecerit. ſeipſum re darguat et caſtiget. Sed ab iſto

gradu retrahere nititur aſcenſorē du
plex ſupbia · videlicet carnalis et ſpiri
tualis · Nam carnalis hominē decipit
et ſuggerit ei ꝙ ſit melior quā eſt in
veritate ꝓpter ſcienciā · ꝓpter diuicias
ꝓpter parentū dignitatem vel quod
cumqꝫ huiuſmodi et nō pmittit homi
nem ſeipſum et ꝓpriam vilitatē in ve
ritate cognoſcere · Signa autē per q̄
iſtam carnalem ſupbiam in te vel in
alio poteris agnoſcere ſcd̄m Caſſianū
ſunt iſta Ineſt primitus in loquela cla
mor · in taciturnitate amaritudo · ex
celſus et effuſus in leticia riſus · irracō
nabilis in ſeueritate triſticia. in repre
hēſione rancor · facilis i ſermone · v̄ba
paſſim ſine vlla cordis grauitate erū
pencia · expars paciēcie · caritatis alie
na · audax ad cōtumelias irrogandas
ad tolerādas puſillanimis · ad obediē
dū difficil' · ad recipiendā exhortacōez

implacabilis · ad reſecandas ſuas vo
luntates infirma · ſemp̄ qꝫ ſuas diffini
cōnes ſtatuere ↄtendēs · incapax con
ſilij effecta · id ē in omnib9 ſuo pocius
credit q̄ȝ ſeniorum conſilio Vt autem
hanc carnalem ſupbiam deprimēs ad
primū predictū aſcendas humilitatis
gradū · neceſſe eſt · vt prius humilita
tem veram fratribus tuis intimo cor
dis exhibeas affectu in nullo acquieſ
cens eos ledere vel cōtriſtare · Jtez vt
continuo te exerceas in humilib9 ope
ribus et deſpectis officijs vtputa ī co
quine ſeruicijs vel neceſſarijs · domū
ſcopando vel ſcutellas lauādo · humili
et abiecto habitu tam̄q̄ȝ pauper ince
das ⁊c̄ · Jtez humiles mores et verba
habere · nouiſſimū locū eligē vocabu
la iactātie deuitare ſicut vocari rabbi
vel dn̄e ⁊c̄ et nihil omnino iactancie
ↄponere · Jtem horam mortis noſtre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ſemp añte oculos habere Hec et hijs ſimilia cũ in cõſuetudinẽ venerint mẽ tem ad humilitatẽ inclinant et tumo rem eius deprimũt. Eſt autẽ alia ſup bia ſpiritualis q̃ mentẽ intumeſcere facit et ſupra ſe eleuat quaſi de m'tis ſuis virtutib⁹ ⁊ magnis meritis q̃ ſibi attribuit. vel ſe ſpecialit̃ habere glori aẽ. vel ſibi a deo vel ꝓpter ſua merita data arbitratur. Et hec eſt multo pe riculoſior q̃ꝫ vicia carnalia Nullum eſt aliud viciũ qd ita omnes virtutes ex haurit cuncta qꝫ iuſticia ac ſanctitate hominẽ ſpoliat atqꝫ denudat queãd modũ hoc ſuperbie malum. et in vir tutum iam faſtigio collocatos grauiſ ſima ruina deicere ac trucidare ſolet. Sed vt etiã hunc tumorẽ internũ dep̃ mas et ad prefatũ humilitatis gradũ aſcendas debes in omnib⁹ virtutib⁹ in omĩ ꝓfectu in omnib⁹ bonis opib⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ex toto corde et ex ſentencia dicere et
ſentire. Non ego ſed gracia dei mecū.
et Gracia dei ſum id qđ ſum. et Deus
eſt qui opatur velle et pficere ꝓ bona
voluntate. Itez diligenter cōſiderare
ꝓpriam vilitatē. diligent̄ ppēdere q
bona mētis tue nō ſunt tua ſ; dei dona
et de ipſis racōez redditurꝰ ſis. mala
vero tua ipſa ſūt tua et pure mala et
ex pluribꝰ circūſtancijs grauia et gra
uiſſimis ſupplicijs digna Bona noſtra
ſunt pure bona ſed multipliciter imp
fecta. Negligencia tepiditas. ipocriſ
vana gloria ⁊c̄ adeo ſepe bona noſtra
coīquinant vt et nobis parum ſint me
ritoria et deo minꝰ accepta. Itē debes
frequenter ſuperiores et meliores te
attendere tam homines q̄ ipſum dn̄m
ihesum chriſtum qui ait. Diſcite a me
q2 mitis ſum et humilis corde vt ſic ali
orum ꝯpunctione vileſcas tibimetipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Hec autē cum homo diuicus acti
tauerit et in hys diuicus ſe exercuerit
incipit ſeipſum qualis eſt in veritate
agnoſcē. Verū ſi affectuoſe ſe in hys
exercuerit et pſeuerantec in eis pmā
ſerit ex tunc incipit affectum induere
vt qualem ipſe ſe cognouit vilem in
opem ⁊c̄ in pmo aſcenſu. talem etiā
immo potius viliorem q̄ meliorem.
niſi inde ſcandalum proximo oriatur
deſiderat ſe ab alys reputari quātum
in ipſo eſt. Et hic eſt ſcdus aſcenſus
et ſcds gradus humilitatis. Terci9
vero gradus et aſcēſus eſt cum homo
per humilia exercitia et veritatis cog
nicōnem talem induerit humilitatis
affectum q etiam in magnis virtuti
bus et ſublimibus donis non extolliē
et nichil ſibi exipſis blanditur. totum
ei a quo omnia bona ſua recepit re
fundens et in integrum reſtituens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Talis fuit humilitas xpi · talis etiã eſt humilitas angelorꝝ et ſanctorꝝ in glã ·

Incipit quarta pars de deſcenſioni bus ſpiritualibus q̄ ſunt in duplici dif ferentia videlicꝫ ad ſeipſum et ad ꝓximum · Capl'. lxiiij ·

Audiſti nunc o homo deſcẽſus quib⁹ deſcendiſti · id ē audiſti qualiter aſcenſiones in corde debeas diſponere et quib⁹ exercicijs et gradibus aſcendere · quomõ p deuotam oracõnem debeas diuinũ auxilium implorare · quale quoqꝫ ſis p̄miũ recepturus · Et hec ſunt illa quinqꝫ q̄ tibi in principio ꝓponebantur Sed qr diuina ſcriptura de hijs aſcenſionib⁹ alibi loquit̄ dicens Vidit iacob ſcalã erectam et angelos dei aſcendẽtes et deſcendentes in ea · miraris forſitan · quomodo in hijs aſcẽſionibus angeli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

viri vtiqꝫ ſancti deſcendunt. Nam ꝙ
aſcendunt nõ eſt mirandū. Quãuis
autẽ hoc nõ abſurde poſſit intelligi ꝙ
etiã ipſi ſancti viri ꝗ͞ diu pegrinãtur
ꝗ͞ȝ diu pregrauanť in corpore qđ a deo
corrumpiť non ita poſſunt continue ⁊
indeſinẽter aſcendere quin aliquando
corruptibilitatis pondere grauati defici
ant in aſcenſu et deſcẽdant ad tẽpus
relaxando exercitiū ſpirituale Alie ta
men ſunt deſcenſiones vtiles et ad ꝓ
poſitū magis cõuenientes quibꝰ etiã
veri aſcẽſores et viri ſpūales interdū
ꝓ tempore aſcenſiones ſuas interrum
punt et aſſumūt ſibi vtiles deſcenſio
nes Vt aūt breuiter has deſcẽſiones
cõprehendas due ſunt huiuſmodi deſ
cenſiones. Vna qua homo deſcendit
ad ſeipſum Secūda qua deſcendit ad
ꝓximum. et hec vtraqꝫ deſcenſio eſt
tribus gradibus ſubdiſtincta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

¶ De primo deſcenſu quo homo deſcendit quantum ad ſeipſum de gradu ſuperiori ad inferiorem.

Capl. lxv.

Primo igitur homo deſcendit ad ſeipſum. cū verbi gracia. aliquis in altiori aſcenſu cōſtitutus et ad ſublimiorē gradum puectꝰ. interdum tñ deſcēdit vt ſe pfectius in inferiori gradu exerceat. ne ſemp ſupra aſcendēs negligens amittat qđ inferius iam acquiſiuit. Neqꝫ em̄ ita q̄s in hijs aſcenſiombꝰ ad anteriora ſe debet extendē quaſi nō eſſꝫ penitus opus ad poſteriora reſpicē ſed ita debet ad anteriora ſe extendere et de virtute in virtutē proficere vt nequaq̄ negligat gradꝰ ad quos deuenit vel p quos aſcendit. vt qđ iam obtinuit ſūmopere ſtudeat cuſtodire. verbi gracia. Per timorem

prius fuiſti compunctus et ꝑ medita
tiones mortis tue · extremi iudicij et
penarum inferni · et mlta bona egiſti
ac deinde veniſti ad ſpem. et memoria
celeſtis glorie et beneficiorum dei dul
cius te ad cõpunctionem amoris inci
taſti · Nunquid iam timorem debes
relinquere · nunquid iam ex toto me
ditacões mortis et iudicij debes om
nino poſtponere. Non ita · ſed interdũ
per ſpem ad ſuperiora debes aſcen
dere et ad celeſtem gloiam ſpeculari
vt eius pulchritudine alliciaris ad vl
terius aſcendendum · Interdum vero
ꝑ timorem debes deſcendere et vani
tatem mundi et breuitatem vite tue
et acerbitatem penarum infernaliũ
ſtudioſius cõtemplari vt terrearis in
ferius deſcẽdere vt ſic ante traharis
ꝑ ſpem · a poſteriori vero ꝑ timorẽ q̃ſi
quodam aculeo pcedere et aſcendere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

compellaris · vt ita ſemp in tuis exer
cicijs inter timorē et ſpem et caritatē
aſcendas et deſcendas donec ipſa ca
ritas fuerit pfectiſſima · foras mittēs
timorē. ne videlicet in torporē vel ſecu
ritatem incidas aut preſumptionem.
Sic vtiqȝ angeli · id ē viri ſancti aſcen
dunt in celum p affectū et deſideriū ·
et deſcēdunt in abiſſum vel viuētes
in infernū p diligentē cōſideracōnem
In quo tamen gradu amplius quis ſe
debeat exercere diſcrecōne opus eſt
vt diſcernat̄ ſcd̄m pfectus ſtatus et
cōdicōnes pſonaꝝ · Sic itaqȝ aſcendē
do et deſcendendo vtrumqȝ pedē xp̄i
cum maria amplecteris peccatrice ·
ſic miſericordiam et iudiciū cū pphета
dn̄o decantabis · Ad hos duos aſcen
ſus et deſcēſus omnia q̄ in ſcripturis
ſunt referūtur ſcd̄m Auguſtinum · vt
videlicet · miſericordiā ames timeas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

poteſtatem . Vnde ꝓpheta ſanctus in diuina locucōne . hec duo ſe narrat ſo lūmodo audiuiſſe . Semel inquit locu tus eſt deus duo hec audiui quia tibi dn̄e eſt miſericordia et tu reddis vni cuiqꝫ iuxta opera ſua . ꝓpter hec duo ꝓphete . ꝓpter hec duo omēs ſunt ſcꝑ ture . Audi beatū Gregoriū hunc tibi aſcenſū et deſtenſū recōmendantem Quāuis inquit ſecuritati timor ſemꝑ longe videatur abeſſe . nobis tamen nihil eſt ſecurius q̄ ſub ſpe ſemꝑ timē ne incauta mens aut deſperando ſe ī vicijs deiciat aut extollēdo de donis ruat . Ante diſtricti em̄ et pij iudicis oculos quanto de ſe mens ſub ſpe hu milis trepidat . tanto in illo robuſtius ſtat Si ergo nō vis vt veniat tibi pes ſuperbie quo cadunt omnes qui ope rantur iniquitatē noli a timore pedē totaliter remouere .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

¶ De ſecūdo deſcenſu quo interdum neceſſe eſt hominē deſcendere ad morum exteriorū et geſtuū diſciplinā.

Capl'. lxvi.

SEcundo eciaꝫ o homo non nunꝙ̃ ad teipſū debes deſcendere et exteriorem hominē debite in moribꝰ diſponere et ordinaē vt interior tua deuotio et interna ſanctitas ī geſtibꝰ exterius et moribꝰ eluceſcant. Itaqꝫ rege mores tuos exteriores vt ſis tibi cuſtoditus. ſis alijs exemplaris. ſis amabilis vniuerſis. Hoc aūt optime complebis ſi tria in exterioibus moribus ſtudueris obſeruare. Primo vt mores tui ſint maturi. Secūdo vt ſint humiles. Tercio vt ſint benigni. Maturitas reddit te exemplarem alijs. Humilitas cuſtoditum tibi. Benigni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

as facit amabilem vniuerſis · Matu
ritas autem in hoc conſiſtit vt homo
non ſit leuis ad currendum nec ꝓnus
ad riſū nec curioſus vel verboſus ſeu io
culator · Hec maturitas caput regit ·
intus mentem cōponit et totum cor
pus exterius ab inſolencia cuſtodit ·
Caput regit ne leuiter hinc inde circū
feratur · oculos ne vagentur · aures
ne curioſe auſcultent et ſic de ſingulꝭ ·
Morum humilitas dep̄mit ceruicem ·
humile format reſponſum et geſtus
complanat · veſtitum ſimplicē amat ·
ſeſe inter nouiſſimos locat · oſtentaci
onis notam declinat · ſingularitatem
fugit · ad aliorum obſequia agilem fa
cit et promptum · Benignitas facit
affabilem et compaſſiuum afflictis ·
tractabilem et exorabilem et flexibi
lem ad conſilia impcienda · cōmunī
catiuū ſui et ſuorum in bono · hilarem

et modeſtum iocūdum et fidelem et
ſocialem gratū et beneficū. Hec autē
benignitas quantū ad quedaꝫ ſigna
exteriora benignitatis. quā philoſo
phus amicitiā vocat eſt neceſſaria ad
ſocialiter cōuiuendum. Nullus em̄ vt
ait poteſt ꝑ diem viuere cum triſti et
non delectabili. Jdeo ex quodā debi
to natural' honeſtatis cōſtringeris vt
alijs delectabiliter cōuiuas ꝑ benigni
tatem. Vn̄ precipue cum inter alios
fueris debes te benignū oſtendere et
delectabilem exhibere et in cōuentu
multoꝝ mentis triſticiā quadā vultꝰ
hilaritate te decet ſimulare. Verūta
men effuſa diſſolutio cauenda eſt ne
ſub pretextu pietatis nutriatur viciū
vanitatis Ergo vt ait Hugo. Si cum
alijs fueris et mutua delectat verboꝝ
collacio. fiat ſermo de moribus. fiat
ſermo de ſcripturis. nunc de miſerijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

huius vite cõgemiſcamꝰ .nunc de ſpe
futuroꝝ gaudioꝝ cõgaudeamꝰ .nunc
mutui ſecreti reuelacõne recreemure .
nunc ſimul ad illam viſionem iheſu.ac
bona celeſtia ſuſpiremus Si vero non
nunꝙ vtile eſt vt intenſum animũ ad
inferiora quedã et iocunda laxemus .
ſint laxamenta illa plena honeſtatis
vacua leuitatis .et ſi careãt nimio pō
dere non tamen careant edificacõne .
In hijs ergo tribꝰ maturitate humili
tate et benignitate tota exterior mo
rum diſciplina conſiſtit . Humilitas
autẽ maturitatem temperat ne elata
videatur . Benignitas ne auſtera et
indignabunda .

C Tercia deſcenſio quantũ ad ſeipm̃
qua homo fragilis nõ diu vel ſemp ſpi
ritualibus valens inſiſtere neceſſe ha
bet ſe in opere manuũ exercere .

Capl̃ .lxvij .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

TErcio debes frequenter aſcendē
et opus aliqđ corporale vel ma
nuale arripere. immo certe ita debes
exercitiū tuū ordiāre vt cotidie teipm̄
in opere manuū ſuis et certis tempori
bus exerceas. et ſuis rurſum tpibus
in aſcenſionibus cordis ꝓficias quāq̄
a cordis ꝓfectibus forſitan manibus
operans non impediris. Potes enim
infra opus orare. meditari. in timore
te et deſiderio exercere. Sancti patres
noſtri hoc pro regula habuerunt. vt
quanto fidelius ſe ad opus manuū cō
ferrent tanto ad altiorez puritatis et
caritatis aſcenſum et ſpiritualē ꝓfec
tum ſperabant ſe ꝑuenturos. Itaq̄
homo fragilis cum ſis noli te angeluz
putare qui ſemper vtitur cibo ſpiritu
ali quem tu neſcis vt tu etiam velis
ſemper ſpiritualibus adherere. ſed te
ipſum certis temporib⁹ exerce in ope

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

mañuali multiꝑliti racōne. Primo
ne tedio victus iam etiam in toto re
linquas ſpirituale exercitiū. Nec repu
ta te feruētiorem et magis ſpirituale̅
ꝙ fuit magnus ille anthonius qui niſi
talem aſcenſum et deſcenſum inter o
pus manuale et ſpirituale ab angelo
didiciſſet tedio victus ad ſeculum redi
uiſſet. Ideo vult caſſianus. ꝙ qui non
eſt cotidie contentus aliquid manib9
operari nō poteſt in cella finaliter ꝑſe
uerare Scd̄o em̄ quāuis ad modicū
interdū illa manualia ab illa vacatio
ne te retrahunt poſtea tame̅ valencō
rem ad eā te reddunt Nam vt audiſti
non potes cū cōcupiſcencijs aſcendere
ſed ipſe ſunt q̄ aſcenſum impediunt.
ideo iſtas cōcupiſcencias oportꝫ te vin
cere p̄ncipue ope manuali. In deſiderio
eſt em̄ omnis ociosus. Sic ſepe ergo

opus manuū deſeruit ſpirituali aſcen
ſioni inquantū impedimenta remouꝫ
aſcendendi · Tercio cor tuū valde eſt
inſtabile et hinc inde velut nauicula i
fluctibus maris fluctuans ſic quatitur
diuerſis affectibus et meditacōnibus
Igitꝰ vt dicit Caſſianꝰ · Cor tuū velut
quadaꝫ anchora te decet figere pondē
videlicet et occupacōne alicuiꝰ operis
manual' · Quarto quoniā plures adi
tus temptandi inimicus in nobis repe
rit ociosis q̄ occupatis · Siquidē occu
patꝰ vt aiunt vno demone temptatꝛ
ociosus vero innumeris demonibus de
uastatꝛ · Quinto ſi diligentꝛ aduertis
ipſum opus manuū vtiliter te āmonꝫ
ad aſcenſum · Primo enī ammonet te
de loco in quo te dn̄s poſuit vnde ceci
diſti Nam ibi cōſtitutus in quietis ple
nitudine non te cum labore oportuit
operari Et ſi adam poſitus eāt vt ſcṗ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

tura diat vt paradiſum operaretur⸗
nō tamen cū labore ſed eum colens cū
ſumma delectacōne. et cōſiderans in
inferioribus potenciā ſapienciaꝫ et be
nignitatē creatoris .in laudē eius fere
batur. Eſt igit̄ ſcdm Bernħdū. opus
manuū quaſi vulneꝝ ligamentū vnde
corriperis et āmoneris de culpa. Siq̄
dem poſt culpam datū eſt hoc p̄ceptū
legis naturalis. In ſudore vultus tui
veſceris pane tuo. Quociens igit̄ ma
nibus oparis tociens āmoneris de cul
pa tranſgreſſiōis. Itē p opus manuū
āmoneris ꝙ ſex diebus ſcꝫ tota vita
qua hic viuis oportet te laborare. Nā
temp9 eſt laborandi. ſeptimo vero die
finita vita preſenti dicet ſpirit9 vt a
laborib9 requieſcas. Ammoneris igit̄
manuali opere illuc tendere vbi te nō
oporteat laborare ſed tantum vacare
et videre quoniā ſuauis eſt dominus

Sed et opus manuū reddit te liberū:
ne ſit tibi opus alijs applaudere et ali
orū aliqua deſiderare. ſicut Apoſtolus
ſcribit ad Theſſalo. Septimo ſcdm
Bernardū. Ipſum opus manuū ſepe
ſicut corpus ſuo pondere et mole depri
mit. ita non nunq̄ cōpunctionem dul
cius exp̄mit et efficit puriorem. ꝓpter
hec et multa alia ſancti patres noſtri
precipue in egipto tam fideliter laborā
uerunt et ꝓpter labores eoꝝ a ſanctis
tam ſublimiter extollunt̄. Verūtamē
ne a cordis aſcenſionibus longe diſce
das ea debes magis opera corporalia
quātum in te eſt ſemp eligere q̄ cum
ſpiritualibus videntur maiorem cōue
nienciam habere. ſicut ſacros libros
ſcribere. qd minus ab aſcenſu impe
dit et eſt ſpiritualiter amplius fruc
tuoſum Quot enim libros ſacros ſcri
bis quaſi tot veritatis p̄cones facis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

et quot ex eis cōpungūtᵉ et ꝓficiunt
tot eris particeps meritorum . Hinc
opus ſcripture beatus Bernardus
magis approbat . Plures sanctorum pa
trum ſcptores erant Omnes fratres
et diſcipuli in monaſterio ſancti mar
tini libros ſcribebant . De opere ſcrip
tu e inter alia btūs Jeronim⁹ ruſticū
monachū ſpecialiter āmonet . Plurēs
ſancti libros ſuos tū ex humilitate . tū
ad deuitandū ocium . ꝓprijs manibus
ſcribebāt . vt de Ambroſio legitur et
Jero . Sane cum manib⁹ oparis nō
debes mente ociari ſꝫ ad pietatē cord
te exercere orando aliq̄d ā meditādo
ſeu certe qd ſcribis dulciᵉ ruminando
Immo etiā ſcdm Aug⁹ . de ope mona
chorum . poteris infra op⁹ deuote aliq̄d
decantare Nec enim opus manuū iſta
pl⁹ impedit q̄p ſeculares a ſuis carmini
bus impediūtur manibus laborantes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Debes autē fideliter operari non ſicut
ſeculares qui recipiunt ſolū mercedeʒ
tranſeuntem. tu autē non ſolum mer
cedem temporalem ſed immarceſſibileʒ
coronā in celis. Attende ꝙ ſancti an
geli laboribus occupatis paſtoribꝰ ſpe
cialiter natum xp̄m dn̄m nunciauerūt
Noli tamen in labore eſſe nimiꝰ vel im
portunꝰ ſed moderatus et diſcretus.
Debes precipue in opere manuū ſilen
cium cuſtodire. Silencium enī in quo
iuxta ꝓphetam eſt fortitudo noſtra et
ſi vbiqꝫ et ſemp eſt ſeruādū niſi neceſ
ſitas cogat vel vtilitas ſuadeat. maxīe
tamen in opere manuali. Juxta illud
Apoſtoli. Obſecramus in dn̄o iheſu vt
cū ſilencio panem veſtrū manducetis.
¶ De aſcenſionibꝰ ad proximū vel ꝓp
ter proximū. Et primus deſcenſus fit
ad ſuperioris iuſſionem.

Capl'. lxviij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Similiter neceſſe eſt ſepius ꝓpter
proximū ab iſtis aſcenſionibus
deſcendere. id ē ad tempus ceſſare nō
in toto deſerere aſcenſiones. Tribus
eciā modis ꝓpter ꝓximū deſcendimꝰ.
qꝛ vel ꝓpter ſuperiorē vel ꝓpter eq̄lem
vel ꝓpter inferiorez. Propter ſupiorē
debes aſcendere. cum verbi gracia.
licet tu quantū in te eſt ſemꝑ appetis
tibi vacare vel cū lazaro peccata tua
deflere et cōpunctionem ex memoria
peccatoꝝ tuoꝝ vel extremi iudicij ⁊ c̄
cōficere. vel cum maria ad pedes iheſu
predicantis ſedere. id ē in vita et paſ
ſione chriſti mentaliter exercitare vel
quouis magno aſcenſu. Et ecce venit
ſuperior tuus et vocat te. iubet exire
mandat deſcendere. ſtatim ſine mora
martha ad pedes vicarij iheſu. id ē ſu
perioris ꝓcedat. id ē tota humilitate
et deuota promptitudine deſcendat

et inclinat ſe ab interiori ſuo exercitio.
ꝙ ſi maria adhuc in domo remãſerit
et tantũ ſe circa interiora a quibus in
vita auellitur occupans etiã ſi ſedeat
ad pedes Jheſu. murmuret martha.
etiã ſi deploret fratrẽ intret neceſſe ẽ
martha domũ interiorẽ ſcʒ hominẽ et
vocet eam ſub ſilencio id eſt occulte te
ipm̃ rephendas dicẽs marie Magiſter
adeſt et vocat te. adeſt ille cuius diſci
pulatui te cõmiſiſti ſuperior tuꝰ hic vo
cat te et iubet exire. q̃d adhuc ſedes.
Nunquid nõ melior eſt tua vocatio ꝙ̃
deuota obediẽcie ipletio. Quo audito
ſurgat ipſa maria et ꝓcedat ſimilr̃ ad
pedes iheſu dicens. Paratũ cor meũ
paratũ cor meũ. Paratum vt ad tuũ
imperium michi vacem. Paratũ cum
iubes vt exterioribus miniſtrem Hoc
autẽ non ſolum ad iuſſionẽ patris tui
obligaris ſed etiã nõ nunq̃ fieri debet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ad exhortacōnem fratris ex caritate.
Omnia em̄ exercitia ſua ſancti patres
libentius poſtpoſuerūt tantū vt obe
dientiā inuiolabilit̄ ſeruaē potuiſſent
atq̄ hoc ſup oīa reputabant ſi nō ſuā
voluntatē ſ alterius adimplerent. Et
quāq̄ obediēcia p̄cepti vel neceſſitatis
eſt magis neceſſaria. noli tn̄ diſcutere
an teneris vel nō q2 ſepius obediēcia
caritatis eſt magis meritoria et cari
tatē auget deuote impleta.

E De ſcd̄o deſcenſu ad proximū quo
ꝓximo cōdeſcendim⁹ auxilio vel ꝯſilio
admonicōe vel correpcōe. Ca. lxix.

SEcūdo ad ꝓximū debes deſcēdē
ꝓximo ꝯdeſcendē ꝯpaſſione mo
tus et pietate. auxilio et ꝯſilio ſubue
nire. vt ſcz corpaliter afflictos iuues
et eis ſuccurras ſ multo āplius ſi vide
ris ſpūaliter afflictos adiuuabis quan
tum poteris āmonendo corripiendo

et attrahẽdo · in temptationibus et tribulacõibus cõſulendo et cõfortã do· Niſi eñ paulus de tercio celo deſ cendiſſet et de alto ſtatu mentis ſue infirmioribus ſe inclinaſſet · neminẽ at traxiſſet ſed deſcendit factus omni bus omnia Et carnalibus quidam ihe ſum predicabat et hunc crucifixum · ſpiritualib9 autẽ ſpiritualia cõpabat Sic et tu ſis omnibus omnia · ſingulis ſuccurrens ꝑut eoꝝ neceſſitas exigit Si corporalis vrget infirmitas ex cor de cõpatere · libenter miniſtra q̃ntum in te eſt precipue domeſticis · Si rerũ ↄſtringit pauptas ſi potes tribue eis et ſuccurre eciã neceſſitatem interdũ paciendo. vt nõ de ſupfluo ſ; de neceſ ſario offeras cũ vidua. vt ex tua pau ptate et neceſſitate quã pateris in ci bo et veſtitu ꝛc ſic de aliis ſuccurras · Si nõ poteris ſubuenire rebus ſaltem

pijs āmonitionibus Nam verbū bonū
eſt ſuper donū optimum Et maior eſt
elemoſina ſpiritualis q̄ corporalis .
Vnde maxime ſi ſtans in aſcēſionib⁹
cordis tui ſubt⁹ videris aliquos a xp̄i
iugo ſuberrare. deſcende feſtināter
et relinque aſcenſum ſi ita tibi ꝓ tp̄e
viſū fuerit expedire. attrahe. āmone.
corripe. Nec dicas ī corde tuo ſuffiat
michi mea ſaluatio. ꝓ me volo eſſe ſol
licitus nō ꝓ alio. nunq̄d ego ſuperior
eius ſum : nunq̄d ego cuſtos eius con
ſtitutus : Ecce talem cogitationem
nō genuit zelus dei. Sed vt ait btūs
Gregorius. Inquantū graciā ſupne
aſpiracōis accepiſti. a prauitate ꝓx
imū reuoca. eternū regnū vel ſupplici
um eo modo quo ſuperius dictum eſt
erranti annūcia vt dici angelus mere
aris Sic igit̄ verbum āmonicōis om
nibus impende ꝓut tibi ꝓ vnoquoq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

viſum fuerit expedire · Cogita ſcdm
Bedam q inter homines ſublimior et
deo gracior cōuerſacio eſſe nō poteſt
q̄ eorum qui ſe caſtigant a vicijs qui
v̓tutū ſtudijs animū ſubigunt · inſup
eciā alios cotidiano exercitio ad aucto
ris ſui graciam ſtudent conuertere et
crebra animarū fidelium acquiſicōne
gaudium ſemp patrie celeſtis ſtudēt
augere · Hec aūt non de predicacōne
publica intelligimus ſed de ꝓuata am
monicōne et fratna exhortacōe de q̄
dicitur · Vnicuiqꝫ mandauit deus de
ꝓximo ſuo · Predicatio ergo publica
non ſine ſūmo moderamine a quouis
maxime qꝫ a iuuenibus debet arripi ·
niſi quodāmodo ſint virtutum pleni
et graciarum ad modum conche q̄ nō
effundit niſi ipſa prius fuerit plena ſe
cundū Bernardum ſuper Cantica ·
Et vere durum et periculoſum eſt · vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

qui nō habet niſi modicum olei expo
nat illud niſi forſitan ad ꝓphete iuſſio
nem ne plus cōtra ordinem caritatis
alios ꝙ ſeipſum diligere videatur ·
Similiter debes deſcēdere ſpiritu le
nitatis ꝑmotus et fratri compaſſus ·
cum videlicet videris aliquē peccare
vel inordinate ſe regere · quocūqꝫ mō
hoc perpenderis vt ei pie condeſcen
dendo per fraternam correpcōnem
valeas eum ſuperius trahere et pdu
cere ad emendacōnem · Nec debes
quantum in te eſt ꝑmittere in aliquo
vicium regnare · ſed compaſſione et
humilitate precedentibus debet te ze
lus moderatus et diſcretus comedē·
vt vbi emendam preſumis nō ceſſes
increpare · Semp tñ attendas teipſū
ne et tu tempteris · Ferueat igit̄ vt
Bernd̄ · ait in nob̄ iſte zelus kariſſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

amoꝛ iuſticie · odiũ iniquitatis Nemo
fratres vicia palpet · peccata diſſimi
let nemo · Nemo dicat Nunq̃d cuſtos
fratris mei ſũ ego ? Nemo q̃ꝑtũ in ſe
eſt eq̃nimiter ferat ordinẽ deperire ·
minui diſciplinam · Sic ego debes ꝓx
imo ſubuenire auxilio · vt ſi coꝛpaliter
egeat elemoſina coꝛpali ſuccurras · ſi
vero ſpiritualiť egeat · miſericoꝛdiam
ſpiritualem et auxilium ſpirituale li
benter impendas · Scďo debes pꝛoxi
mo tuo ſubuenire conſilio · inſtruẽdo
et dirigẽdo errantẽ maxime in temp
tacõibus et ſpiritualibus exerciciis
Sed videas ne alios doceas qď ipſe
neſcias Melius eſt humiliter ꝯfiteri
ignoꝛantiam q̃ꝑ preſũptuoſe velle do
cere Sit igiť cõſilium tuũ ſemp diuine
ſcripture conſonũ Ea tñ q̃ in conſilio
tecapis vel de quibus cum aliis conſu
lendo percapis ſi ſecreta fuerint caus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ne publicẽs maxime de temptacõnib9 alioꝝ . Inde em̃ ſepe pericula veniunt vt in ſcda collacõne patꝝ dicit In cõ ſilijs eciã dandis caue ne ſequaris tuã paſſionem vel inclinacõnem . Nam illa puertit iudiciũ et zelus ſapere neſcit . Item anteqꝫ des conſilium maxime ar duũ diu delibeáto et nõ qđ ꝑus occur rerit edicto ſꝫ delibera te ſubmiſſo ſp tuo conſilio ſentire alioꝝ ne ptinax in ueniaris . et velis tu magis conſentire humilibus qꝫ tibi ꝯſentiri Vnde nulli9 tu cõſiliũ debes vilipendere . Deus em̃ ſepe reuelat puulis q̃ abſcõdit a ſapi entibus . ſed oĩm cõſilia attendas nõ tñ ſuſcipias . ſed oĩa ꝓbate Apoſtol9 ait qđ vero bonũ fuerit ipſũ tenete hu militer cõſenciendo finaliter .

¶ De tercio deſcẽſu quo neceſſe habꝫ ſuperioꝛ deſcendẽ ꝓpter curã et ſollici tudinem ſubditoꝝ . Ca . lxx .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

SI vero ſub te habueris inferio
res tunc te oportet multo ãpliꝰ
et frequentiꝰ deſcendere. immo ſepiſſi
me aſcenſiones deſerere vt vaces ſub
ditis ĩ cuſtodia et diſciplina. In cuſto
dia. ut ſerues ſtantes qui iam digne
conuerſantur. In diſciplina vt corri
gas errantes et minꝰ ordinate cõuer
ſantes. Alias certe dominus ſanguinẽ
animarũ ſubditarum de manibꝰ tuis
requiret Et niſi fratrem tuũ minimũ
quantũ in te eſt adduxeris. faciem io
ſeph veri ſaluatoris non videbis Vide
hic quam periculoſus eſt ſtatus ſupe
rior quo neceſſe eſt vt homo ſeipſum
deſe rat et ſepe dum negligit perdit.
Nam dum foris homo multum occupa
tur et interius ociatur non nunquaꝫ
aſcenſiones negligit et ad cor durum
deſcendit et inſenſibilis fit ſolum exte
riora ſentiens et ſpiritualia non deguſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

tans . ſicut bene oſtendit beat⁹ Ber
nard⁹ in primo libro de conſideracōne
Igitur conſilio ſanctornm quātum in
te eſt ſemper locum ſuperiorem et mi
nimā occupacōnem exteriorem deuita
ſalua ſemper humili et prompta obe
diencia. Cum vero aliquis cogitur ex
terioribus occupacōnib⁹ deſeruire de
bet valde ſollicite quādocumqꝫ poteſt
vel tempus habuerit ad intima recur
rere et ſibiipſi vacare ne vt dictū eſt
inſenſibilis efficiatur Vnde ait ſanct⁹
Gregorius . Sancti inquit viri qui ex
terioribus miniſterijs deſeruire officij
neceſſitate coguntur . ſtudioſe ſemper
ad cordis ſecreta refugiunt ibiqꝫ co
gitacōnis intime cacumen aſcendunt
et legem dn̄i quaſi in monte capiunt
dum poſtpoſitis tumultibus actionum
ſuarum temporalium in contemplati
onis ſue vertice ſuperne voluntatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

ſentenciam pſcrutantur Vt enī exteri
oribus officijs inoffenſe deſeruiant ad
cordis ſecreta recurrere inceſſabiliter
curant ⁊c̄ .

Explicit deuotus tractatulus dn̄i
Gerardi zutphanie de ſpiritualibus
aſcenſionibus .

Chariſſime pater doceas
me viam qua potero saluare
animam meam Reſpondit fr̄
Chariſſime frater in oībꝫ requiē
queſiui et nullibi inueni niſi
in een huefken ende in een
boexken

¶ De quatuor in quibus incipientes deo ſeruire debent eſſe cauti ſi pficere volunt.

Quatuor autez ſunt in quibus noui et incipiētes cauti debēt eſſe ſi volunt pficere. Primū vt ab illa voluntate qua ad religionē venerunt. et a pmo nouiciat9 feruore non tepeſcant. ſicut cuidam in Apocalipſi im. ꝑperatur. Habeo aduerſū te. ꝙ caritatē primā reliquiſti. qua ꝑpter penitenciam age. et prima opera fac Caritatē primā relinquūt. qui cū primo ſint feruentes et deuoti ad omnia poſtea tepidi effecti et deſides. tradūt ſe leuitatib9. et vicia que expugnare venerant. pmittunt ſibi dominari. ſeruientes deo ꝑ ſuo libitu. nō ꝑ eius beneplacito voluntatis. Vnde dn̄s filijs iſrahel p̄cepit Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de egipto. Dies q̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

de egipto egredimur. eſt bona volun
tas qua educamur de ſeculo hui⁹ ſemp
meminiſſe debem⁹ .vt a feruore illius
nunq̄ retrocedam⁹ . Vnde quidā vo
lens religionē ingredi de ſeculo. queſi
uit de quodā ſancto patre. quō viuē
deberet. At ille dixit ei. Vide qualis
primo die fueris . et ſic ſemper viue.
Hoc eſt conſidera ſtatum voluntatis
tue in p̄ma die qua religionē intrare
diſpoſuiſti. quā humilis tunc fueris .
q̄ paratus tunc obedire ad omnia tā
aſpera q̄ deſpecta . q̄ paciens ad cor
repcōes et penurias et labores . q̄ ve
recūdus et timoratus . q̄ ſollicitus vt
emēdares vitam tuam. et dies quos
in ſeculo p̄didiſti recuperares . q̄ pa
rum curans rumores ſeculi querē vel
referre. nec detractionibus intentus .
nec aliq̄bus curioſitatibus occupat⁹ .
et quō fugiſti et abieciſti omēs carna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

les affectus et effectus · et te totũ ob
tuliſti dño holocauſtũ viuũ · vt nihil
deinceps in te viuat de vita peccati·
ſed tota mactetur et immoletur dño.
obediēcie ferro ꝑ ſacerdotis miniſteriũ
id ē prelati tui · vt xpo in te innouato
reſurgas . Scdm hanc formã ſemꝑ p⁹
modũ ſtude viuē · ne alit̄ in ſcola reli
gionis dediſcē et retrocedē magis q̄
ꝓficere videaris . Sicut illi qui vadũt
ad ſtudiũ litteraꝝ · et tēpus vane cō
ſumētes redeũt domũ · expenſas ſolũ
cōputant ɔſumptas · qꝛ q̄d ꝓfecerint
nō apparet · ſic et nos qñ tēpus in reli
gione expenſũ cōputamus · et ꝓfcũs
ỽtutũ exiguus ē · cũ forte innouiciatu
deuociores et feruenciores fuerimus q̄
poſt plures annos · Hoc enĩ eſt verecũ
dum et valde nociuũ · Ad heb · v · Cũ
debētis magiſtri eſſe virtutũ ꝓpter tē
pus quo diu ĩ religione fuiſtis · rurſũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

indigetis vt vos doceamini que ſunt
elementa exordij ſermonū dei · id eſt
neceſſe habetis doceri ſicut rudes no
uicij quomō incipiēdum eſſet ſeruire
deo · et facti eſtis qui lacte opus habe
tis non ſolido cibo · id ē tales eſtis qui
mollibus blandimentis puerilium conſo
lationū et carnaliū foueri indigeatis ·
et fortia exercitia virtutū pati nō vale
atis in duris reprehenſionibus et contu
melijs in neceſſitatib9 in pſecucōib9
pro chriſto · Omnis em̄ qui lactis eſt
pti.eps · expars eſt ſermonis iuſticie ·
Paruulus em̄ eſt tā meritis q̄ virtute
Scd̄m eſt · a quo incipiens debꝫ eſſe
cautus .ne moueatur malis exemplis
tepidorꝝ ad imitandū ea · ſicut quidaꝫ
infirmi ſpiritu videntes alios apud ſe
deſides in ſeruicio dei · ociosos et ver
boſos .elatos et rebelles · ambicioſos
et alijs modis vicioſos · dicunt apud

ſemetipſos. Si alijs hoc licet quare nō
et michi? Et priores ad malū . exem
plum ſumunt ab hijs quos deteriores
vident. et gaudent ſe ſocios inueniſſe
viciorum ne ſoli poſſint erubeſcere. quia ſi
parcitur alijs. volunt et ſibi in ſimilibus
parci. Contra hoc deuotus dei ſeruus
apud ſe reſpondere debet. Ego veni
pure pro deo. nō pro aliquo alio. et ideo
nolo aliquem ſequi ad hoc vt a deo re
trocedam. quia ſi tantos hic diſcolos ſci
uiſſem. nunquam eorum ſocietatē elegiſſem
Vnde ſolos illos imitari debeo. qui ad
hoc informant me. propter quod religionē
intraui. id ē vt apprehendam deum. et
ſatiſfaciā ei de peccatis meis. et prome
rear gloriā ſempiternā. Victor et arti
fex nobile opus volens facere. querit
nō alia quā meliora exemplaria q̄ po
teſt habere. Et viator non querit viā
ab ignorantibus ſed a ſcientibus eam

et qui ſepe ambulauerūt per eam ·
Johānes · Noli imitari malum ſꝫ bonū
Terciū eſt ꝙ cauere debet ne iudi
cet temere facta aliorū · maxime vbi
neſcit q̄ de cauſa vel intēcōne fiant ·
Sicut enī non videm⁹ alioꝝ cogitacō
nes · ita nec intencōes eoꝝ quare hoc
vel hoc fiat · Vnde quicq̄d aliquo mō
p̄t excuſari ſemꝑ ad meliorē ꝑtem int̄
ꝑtemur · ſi volum⁹ tranquillū cor no
biſcū habē et cū alijs · et alios nō tur
bare · et deū non offendē · qꝛ ſepe iudi
camus malū eſſe qđ in ſe nō eſt malū ·
et peccamus ꝑ temeritatē vſurpādo
nobis iudicia dei de occultis cordium ·
Magiſtri noſtri vice dei aliquando id
poſſunt iudicare ꝑ cōiecturas circum
ſtantes · alios nō expedit per nos eſſe
iudicādos · donec plene eruditi in om
nibus ꝑ donū diſcrecōnis ſpirituū ·
et vere ſpūales effecti · omnia diiudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

deimus · et nos a nemine iudicemur · ſi
cut clare videns qui cecū videt nec tñ
a ceco videtur · cum cecus non videat
ſeipm̄ · Ad Romanos · xiiij · Tu q̄s es
q̄ iudicas alienū ſeruū · Suo dño ſtat
aut cadit Sepe em̄ merent̄ temerarij
iudices alioꝝ · vt aut in ſimilibus aut
grauioribus exceſſibus cadē pmittan
tur. vt diſcant ex ſua infirmitate com
pati aliene · Luce · vi · Nolite iudicare
vt nō iudicemini In quo em̄ iudicio iu
dicaueritis iudicabimini · Quartū
in quo cauti eſſe debent nouicij eſt ·
vt non frangant̄ aduerſitate vel tēp
tacione · ſed cogitent quia ad hoc ve
nerunt. vt omnia que eis in hac vita
poſſint accidere ſuſtineant ꝓpter deū.
ſicut q̄ intrat bellum. ſcit ꝙ non quie
tem et delicias · ſ; laborem et vulnera
oportet eum exſpectare · Actuū · xiiij ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Oportet nos ꝑ multas tribulationes intrare in regnum dei. Luce vltimo.
Oportet chriſtum pati. et ita intrare in gloriam ſuam.

Laus deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 F 3